

De lugubri graecorum elegia

by: Bach, Nicolaus

Fuldae; 1836

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact:

Niedersaechsische Staats- und Universitaetsbibliothek

Digitalisierungszentrum

37070 Goettingen

Germany

Email: gdz@www.sub.uni-goettingen.de

DE
**LVGVBRI GRÆCORVM ELEGIA
SPECIMEN ALTERVM.**

QVO
**PVBLICI EXAMINIS SOLENNIA
IN
GYMNASIO FVLDENSI**

DIEBVS XXVIII. XXVIII. XXX. M. MARTII A. MDCCCXXXVI.

RITE CELEBRANDA

INDICIT

NICOLAVS BACHIVS

PHILOSOPHÆ DOCTOR GYMNASII DIRECTOR ET PROFESSOR.

FVLDAE 1836.

TYPIS MUELLERIANIS.

LEGABRI GS EXEGRAN ELEGIA

SPRONIN VLTIGA.

079

SPRÖNIN VLTIGA.

GYANI DEDENIA

PIERAS ZUZIUS ZEHN ZEHN A MDCCLXXVII

ALDUS PINTORI

TIBURCI

DIGOMA DA CHI

BOERETON ET HOGOT ET LAMBERTUS BOERETON ET LAMBERTUS

Digitalisiert dank
freundlicher Unterstützung
von

StR Franz Galle Rabanus-Maurus-Schule/
Domgymnasium Fulda

www.digiwunschbuch.de

In eo quod ante hos septem menses de lugubri Graecorum elegia Vratislaviae edidimus programmate poetarum nomina recensuimus qui versibus impariter iunctis querimoniam incluserunt, ARCHILOCHI PARII, SIMONIDIS CEI, AESCHYLI ATHENIENSIS, EVRIPIDIS SALAMINII, ANTIMACHI CLOPHONII, PARTHENII NICÆENSIS. Interea prodiit elegantissima eademque eruditissima H. Ulrici historia poesis Graecæ Germanice scripta, cuius altero volumine p. 105. 108 sq. non solum amatoriam sed lugubrem quoque elegiam a Mimnermo primum excultam atque ad flebiles ἐλέγων¹⁾ sive θρήνων modos adhibitam esse voluit. Sed quod attinet ad ἀρχαῖον νόμον Κραδίαν καλούμενον, ὃν φησιν Ἰππώνας Μίμνεομον αὐλῆσαι, Welckerus iam vere animadvertisit Hipponactem obliqua insectatione perstrinxisse Mimnermi elegias amatorias, quippe quibus inductus esset color quidam tristior qualis ab amore iocisque plerumque alienus esse videtur. Et quum ipse iam concederit Ulricus p. 427 sq. summam vitae ac poesis Mimnermianaæ positam esse in aureola elegia quae incipit ab hexametro: τις δὲ βίος, τί δὲ τερπνὸν ἀτερ χρυσέης Ἀφροδίτης; hoc quoque tenendum est, eiusdem poesis elegiacæ caput fuisse amatorium, id quod nemo planius expressit quam doctissimus Graecæ elegiae aemulator Propertius I, 9, 11. *Plus in amore valet Mimnermi versus Homero.* Flebilis autem sonus, quo Mimnermi amorem perfusum esse sentimus, hinc potissimum derivandus, quod poetae desiderium non erat expletum neque versibus eius, velut Alexandrinorum poetarum elegiacorum, inclusa voti sententia compos. Atqui in amore elegiae Mimnermianaæ cardo vertebatur, querimonia autem secundum tantummodo ab amore locum obtinebat. Nec Mimnermus delicias immaturo fato sibi ereptas, sicut Lydiam Antimachus, flebiliter celebravit, neque omnino defunctis hominibus elegias dedicasse narratur, in quorum tamen interitu et deplorando et adlevando praecipuum versabatur lugubris elegiae argumentum.

1) Hanc vocem non potuisse descendere ex ἐλέγων demonstravimus in Zimmermanni diario schol. a. 1829 p. 1100. comparantes παλλιλογος cett. Quam quidem rationem nuper refutare conatus est F. Osannus (Beiträge zur Griech. u. Röm. Litteraturg. I p. 12) mirum in modum provocans ad compositum λαμβέλεγος quasi id ortum esset ex verbo λέγων ac non potius ex ipsa voce ἐλέγος multis saeculis ante Hephaestionis λαμβέλεγον formata.

Iam Archilochi reliquiis elegiacis in ipso illo priori specimine paullo accuratius pertractatis transibimus ad SIMONIDEM IVLIETAM, patre Leoprepe Olympiadis LVI anno primo in Ceo insula natum²), qui scholiasta ad Aristophanis Vesp. 1402 et Suida auctoribus Μελικέρτης appellabatur διὰ τὸ ἡδύ, i. q. Μελίγηνος, i. e. poeta suavis interprete Cicerone N. D. I, 22, 60. σοφὸς καὶ θεῖος ἀνὴρ laudatus a Platone civit. I p. 331 E. Qui quum octogenarius Adimanto Athenis archonte (i. e. Olympiad. LXXV, 4) in uno ex epigrammatis de semet ipse praedicasset:

ἀμφὶ διδασκαλίῃ δὲ Σιμωνίδῃ ἐσπετο κῦδος
δύδωκονταέτει παιδὶ Λεωπρεπέος.³)

defunctus est nonagenarius Theagenida archonte sive Olympiadis LXXVIII anno primo eoque, ut videtur, extremo⁴).

Huius poetae versatile ingenium, ut reliqua imprimis lyrica eius carmina, taceamus, non solum μελικοὺς θρήνους, de quibus nuper disputavit F. G. Schneidewinus in Simonidis carminum editione p. 62 sqq. sed elegias quoque lugubres composuit, quibus haud dubie praecipuam suam in commovenda miseratione virtutem exposuisse censendus est. Iam vero a lugubri elegia nequaquam abhorre sententiam, qua omnes res humanae fragiles caducaeque esse dicuntur eorumque mortalium levitas vituperatur qui vitae et iuventutis brevitatem parum reputant sana ratio docet, quandoquidem assidua mutabilitatis ac mortalitatis cogitatio animum flebili quadam moestitia atque luctu solet implere a quibus aegre sibi temperaverit. Quam ob caussam disticha a Stobaeo in florilegio LXXXVIII, 29 p. 530 sq. servata (fragm. 1) ad lugubris elegiae proemium spectare videntur, nisi integrum ea efficere εἰδύλλιον facilius tibi persuaseris, quale quam maxime idoneum fuit ad lugubrium elegiarum anthologion sapienter auspicandum. Poeta autem prudentissimus bellissime dictum: οἴη περ φύλλων γενέη, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν, non ad deprimendos atque molliendos sed ad erigendos confirmandosque hominum animos in usum suum convertit et praecclare ita pertexit:

ἄλλὰ σὺ ταῦτα μαθὼν βιότου ποτὶ τέρμα
ψυχῇ τῶν ἀγαθῶν τλῆθι χαριζόμενος.

Qua quidem sententia quamvis gnomicus quidam color inducatur picturae, ipsa tamen disticha nondum amittunt lugubrem suam vim, non secus ac Mimeni querelae de iuventutis brevitate (fragm. 1—5) propriam eamque amatoriam elegiarum naturam minime exuunt: id quod paullo accuratius considerandum erat I. V. Franckio, qui Callin. p. 67 immerito reprehendit C. Schneiderum, quod fragmentum illud Simonideum gnomicae quam perhibet elegiae de caduca hominum sorte itidem ad lugubre genus traxisset: gnomica enim omnis fere elegia est, et politica et lugubris et erotica et symposiaca et heroica, id quod facile colligitur ex poetarum reliquiis.

2) Vide Clintonis fast. Hell. p. 3. ed. Krüger. Schneidewini prolegg. ad Simonidis reliquias p. III sq.

3) Fragm. LV. ed. Gaisford. CCIII. ed. Schneidewin, cf. Clinton. l. c. p. 35.

4) Vide marmor Par. epoch. 57. Boeckh. ad corpus inscriptt. Graec. Vol. II p. 320 col. 2.

Atquè Archilochi elegiae funebri επὶ τοῦ ναυαγίου inscriptae haud ita dissimilia sunt tria disticha, in Anthologia Palatina VII, 496 temere quidem ad epigrammata eaque *EITYMBLA* relata (fragm. 2), quae tamen frustula esse lugubris elegiae Simonideae eiusque in hominem scriptae qui ad rupe Ge-
raneam naufragium fecerat et cuius nomen, quum in fragmento ipso non esset expressum, nobis ignotum esset, non item iis suis qui legere poterant Simonidis elegiam totam, primus omnium verissime perspexit Franckius Callin. p. 71 sqq. qui recte observavit inesse in illis versibus doloris impetum qualis ab epigrammate lapidi insculpto alienum est, tum aliam addidit rationem, quare de epigrammate ne cogitari quidem posset: „Ponamus, inquit, hoc epigramma esse naufragi sepulcro carentis cenotaphio inscriptum. Nomen naufragi nusquam occurrit. Ergo Simonides aut ipse nomen ignoravit aut cognitum quidem noluit addere. At sane non modo hoc postremum, quod omnino absurdum est, sed neutrum credibile videri potest, quandoquidem memoriae certorum hominum caussa scribebantur fere epigrammata et ipsa etiam cenotaphia, ut omnis testatur antiquitas, monumenta erant unice honoris ac memoriæ caussa exstructa. Neque Callimachus, ut hoc utar, epigr. XVIII, ubi ipsos, ut scite monet Ruhnkenius in epist. crit. I p. 121, Simonideos versus expressit, nomen naufragi omisit.“ —

Deinde Franckius p. 67 sqq. duo fragmenta (fragm. 3) funebris elegiae in mortem Timarchi cuiusdam iuvenis compositae inter Simonidis epigrammata iacere abscondita sagacissime coniecit. Quorum prius exstat in Anthologia Pal. VII, 515, quod ipsum carminis initium esse et sententiam suppeditare non truncatam quidem et quae utique per se intelligi nequiret sed mancam tamen et imperfectam quaeque integrum epigramma efficere minime posset idem philologus luce clarius ostendit. „Vereor equidem ut omnium assensum sim impetraturus, si dicam eiusmodi esse morbi mentionem ut tam immaturae mortis paullo accuratior descriptio exspectetur. Quippe ad sensum haec observatio, de quo difficile est disputare. Sed mox confirmabit eam alterius fragmenti comparatio, ubi ab initio talis descriptio deest. Hoc puto qui neget fore neminem, laudes adolescentis desiderari ob verba καὶ Τίμαρχον, etiam Timarchum, tam egregiæ indolis iuvenem, non quum alios, tum etiam Timarchum, quod aperte languidum esset tantoque poeta vel maxime indignum. Quanquam in iis quae proxime sequebantur unum tantum et alterum honorificum adolescentis epitheton Simonidem adiecissem crediderim, hinc statim ad narrationem de obitu eius processurum. Accedit quod ex altero fragmento mox patebit poetam ad laudes defuncti uberius persequendas omnemque vitae eius rationem exponendam praecipuum illud, ut arbitror, carminis argumentum, ab ipsa demum hac narratione transiit fecisse.“ Iam post prius fragmentum idque ipsum elegiae exordium, quoniam nunc primum commemorari Timarchum ex ipsa mentionis ratione est manifestum, lacunam punctis indicavimus quam exciperet alterum fragmentum quod reperitur in eadem Anthologia Pal. VII, 513. „In utroque fragmento de Timarcho sermo est, qui illic annumeratur abreptis in flore iuventutis ac dulci vita dicitur ἡγεμός esse privatus πρὸιν ἴδειν κονιδίην ἄλοχον, hic ἵμερτὴν ἡλικίην

exspirasse, id est iuvenem obisse, πατρὸς περὶ χεῖρας ἔχοντος, non uxore et liberi circumstantibus. De immatura morte Timarchi nullo sane opus est argumento praeter versum: ἡνίκ' ἀφ' ἴμερτὴν ἐπνεεν ἡλικίην.“ (Franck. p. 68.) Iam vero probabiliter docuit Franckius morientis Timarchi verba quae postremo disticho continentur nihil esse per se et abrupte lapidi incisa ac de coelo delapsa potius quam consilio et prudenter sepulcro inscripta videri, eadem autem verba in funebri elegia suo loco collocata et usurpata, ut a narratione de morte iuvenis ad laudationem eius via muniretur, Simonidis ingenio esse dignissima. Quam ob rem facile tibi persuadebis posterius illud fragmentum medium aliquam partem esse unius eiusdemque lugubris elegiae in immaturum Timarchi fatum conscriptae, ita ut extrema verba ipsius iuvenis decessuri, ad virtutem suam ac temperantiam provocantis, excepsisse videatur praedicatio ingenii animique morumque aureorum.

Sicut Timarchum iuvenem, ita Gorgonem quoque puellam immaturo fato decedentem modulatissimis verbis et quae animum omnium mirifice deleniunt loquentem inducit poeta, auctore Schneidewino p. 86. Nam duo quae in Anthologia Pal. VII, 647 epigrammatis accensentur disticha (fragm. 4) ita inscripta: Σιμωνίδου οἱ δὲ Σιμωνίου εἰς Γοργά τινα κόρην τελευτήσασαν, ea ad lugubrem potius elegiam referenda esse moestum eorum argumentum ac flebilis sonus demonstrat. Simmiae autem a quibusdam adscripta sunt disticha sive quod nomen poetæ Cei per compendia scripturae exaratum librariorum acumen fefellit, sive quod doctior quidam grammaticus meminisset carmen a Simmia conditum atque *Gorgo* inscriptum. Vid. Athen. XI, 80 p. 491 C.

In marmore Pario epocha 49 nodum inextricabilem qualem suppeditant haec verba: Ἀφ' οὐΣιμωνίδης, οὐΣιμωνίδου πάππος τοῦ ποιητοῦ, ποιητὴς ὁν καὶ [αὐτός, νικᾶ Ἀθη]νησι, καὶ Δαρεῖος τελευτᾶ — ἀρχοντος Ἀθήνησι Ἀριστείδου. Bœckhius ad corpus inser. Græc. p. 549 col. I ita solvere conatus est ut victoriā hoc loco significari et confusos ab auctore in hac epocha Leoprepidam et eius avum censeat. Iam in Aeschyli vita Simonides tragicum poetam viciisse narratur ἐν τοῖς εἰς τὸν εἰς Μαραθῶνι τεθνητας ἐλεγεῖοις.⁵⁾ τὸ γὰρ ἐλεγεῖον πολὺ τῆς περὶ τὸ συμπαθές λεπτότητος μετέχειν θελει, οὐ τοῦ Αἰσχύλου, ὃς ἐφαμεν, ἐστιν ἀλλότριον. Atque illum non potuisse alium esse nisi Leoprepis filium, qui ut notissimus simpliciter Simonides vocatur et flebili sono praestitit, probabiliter suspicatus est idem Bœckhius: „Solennia vero illa quibus decabantur Marathonii heroes consentaneum est anno post prælium acta esse Olymp. 72, 4 archonte Aristide. Quis dubitet quin eadem res commemoretur in marmore hoc ei ipsi anno hic adscripta? Quare pro Bentleiano τελευτᾶ dedi νικᾶ.“ — Neque cogitandum esse de epigrammatis quibus ornarentur tumuli eorum qui in Marathonia pugna occubuerunt sed de lugubribus elegiis quarum uterque poeta certamen iniit ccmprobant verba in Aeschyli vita explicandi gratia apposita: τὸ

⁵⁾ Vulg. ἐν τῷ — ἐλεγεῖῳ, quod librarii cuiusdam oscitantiae tribuendum esse inferius explicabimus, ubi de Aeschyli carminibus elegiacis disputabitur.

γὰρ ἐλεγεῖον πολὺ τῆς περὶ τὸ συμπαθές λεπτότητος μετέχειν θέλει, ὁ τοῦ Αἰσχύλου ἔστιν ἀλλότριον. Hæc autem præcipua in commovenda miseratione Simonidis virtus fuit eaque tenerimæ orationis ac dulcedinis socia. Ex Simonidis autem εἰς τὸν Μαραθωνούχας elegia hodie ne frustula quidem supersunt: nam disticha in Anthologia Pal. VII, 251 servata, quae Vlrico hist. poesis Græc. II p. 507 huc referenda esse videntur, epigrammatis potius sepulcralis quam iustæ elegiae funebris speciem præ se ferunt, id quod praeter argumentum et δεκτικὸν pronomen οἴδε demonstrat etiam inscriptio Graeca: εἰς τὸν Λακεδαιμονίους τοὺς μετὰ Λεωνίδου πεσόντας, i. e. in eos qui ad Thermopylas ceciderunt.

In scholiis ad Aristophanis Vesp. 1402, unde narrationem repetivit Suidas, praeter alia carmina laudatur Simonidis η ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ναυμαχίᾳ δι' ἐλεγείας. Cui adversa fronte oppugnat Priscianus de metris Terentii 2, 24 T. II p. 415 ed. Krehl. „Simonides et Alcman in iambico teste Heliodoro non solum in fine ponunt spondeum sed etiam in aliis locis. Simonides in ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ναυμαχίᾳ in dimetro catalecticō Ἐβόμβησεν Θάλασσα.“ Alterutra igitur relatio aut falsa debet esse, aut Simonides duo carmina in illud prælium navale scripsisse statuendus est, alterum elegiacum, alterum vero melicum⁶). Quare cum C. Schneidero scholiastæ relatio ad neniam elegiacam referenda esse videtur, qua poeta deploraverit eorum civium interitum qui in prælio illo ceciderunt⁷). Leviorem rationem iniit Schneidewinus p. 5. Quae autem huic quoque elegiae disticha vindicare conatus est Vlricus hist. poes. Graec. II p. 508, ea ab Aristidis scholiasta p. 58. 357 ed. Frommel. disertis verbis pro epigrammate laudantur εἰς τὸν ἐν Πύλαις ἀποθανόντας τριαντούς, neque alium nisi epigrammaticum biberunt colorem.

Gu. Ern. Weberus ad interpretationem poetarum elegiacorum p. 610 sq. Simonidem in Platæensem quoque pugnam elegiacum carmen composuisse intellexit, respiciens ille quidem ad Plutarchum de Herodoti malignitate c. 42, ubi tria Simonidis disticha (fragm. 5) leguntur quibus res a Corinthiis in pugna Platæensi gestae enarrantur, quanquam ea disticha ex singulari in illam pugnam elegia deprompta esse non disertis verbis enuntiatur; ex verbis autem quae subsequuntur: ταῦτα γὰρ οὐχ οἶον ἐν Κορίνθῳ διδάσκων οὐδὲ ἄσμα ποιῶν εἰς τὴν πόλιν, ἀλλ’ ᾧς διὰ τὰς πρᾶξεις ἐκείνας ἐλεγεῖα γράφων ιστόρην, hoc saltem efficitur, Simonidem distichis celebrosse res ad Platæas gestas sive peculiarem elegiam concludentibus sive ἐπεισοδίοις. Quae si vera esset coniectura, facile in

⁶⁾ Gaisfordius ad fragm. CLVII rectissime annotavit verba quae praeterea apud Priscianum leguntur, Ἀντιστρέψει δὲ αὐτῷ, esse Heliodori grammatici monensis sequentia Ἀποτρέποντα Κῆρας ex antistropha carminis desumpta esse, e cuius stropha derivarentur priora, Ἐβόμβησεν Θάλασσα. Hinc pendet Schneidewinus p. 6.

⁷⁾ In Creuzeri Studiis IIII p. 42. „So meldet Suidas dass unser Dichter den Seekampf von Artemisium in einer Elegie besungen habe, welche Nachricht ohne Zweifel auf einen Trauergesang um die dort gefallenen Helden geht, in welchem eine Beschreibung jener Schlacht selber episodisch eingeflochten war.“ —

animum tibi induceres Simonidem versibus elegiacis descriptsse res quasdam insigniores sive ab omnibus Graecis sive ab Atheniensibus prae ceteris perfectas, ita ut de genere elegiarum epico quodam vel heroico cogitandum esset eodem Webero auctore p. 438 sq.

Iam similitudinis caussa quae intercedit inter huius fragmenti versus 4. 5 et hexametrum ab Appollonio Lex. Hom. p. 117 ed. Bekker. Simonidi assignatum (fragm. 6) ξεινοδόκων γὰρ ἄριστος ὁ χρυσὸς ἐν αἰθέρι λαμπρός, hunc ipsum hexametrum huc traximus, quanquam incertum relinquitur ex quanam elegia vera profectus sit. Schneidewinus p. 82 eundem versum ipsi fragmento praecedenti parum considerate adiunxit. Accedit pentameter (fragm. 7) cuius sententiam expressit etiam Philetas, eumque excipiat δίστιχον ἀκέφαλον (fragm. 8) quo agitur de temporis violentia.

Praeterea apud Athenaeum I, 58 tres versus leguntur (fragm. 9) quibus natura ac praestantia vini celebratur, ita ut eos ex elegia quadam symposiaca de promptos esse liceat suspicari, de qua quidem poesis elegiacae specie nuper disputavit F. Osannus in libro supra laudato p. 30 sqq. Atque illud fragmentum, licet ipsum poetae nomen nusquam apparet, ita tamen vindicatur Simonidi, ut qui ab Athenaeo κατ' εξοχὴν designatur ὁ Κεῖος ποιητὴς vix alius possit intelligi nisi Simonides Ceus; ac si quis respexerit ad Bacchylidem, alterum eiusdem insulae poetam post Simonidem clarissimum, eum praeter aliquot epigrammata Dorica dialecto concepta elegias quoque scripsisse rerum monumenta negabunt.

Weberus p. 241 in numero reliquarum elegiacarum collocavit fragmentum ab Athenaeo XV, 26 p. 680 D servatum, quod Iacobsius in additamentis ad Athen. p. 356 in hunc modum restituit:

Φοῖβος ἐσαγεῖται Τυνδαρίδησιν ἄδην·

ἄλλ' ἄμετροι τέττιγες ἐπεστέψαντο χορωνῶ.

Sed idem Weberus in annotationibus p. 618 ipse intellexit Athenaeum hos versus ἐν τοῖς Σιμωνίδου ἐπιγράμμασιν numerasse. Quare mirandus est ille quod p. 244 recepit distichum ex Stobaei eclog. phys. VIII, 15 p. 230 ed. Heeren.

Οὐκ ἔστιν μείζων βάσανος χρόνου οὐδένος ἔργου,

ὅς καὶ ὑπὸ στέργοις ἀνδρὸς ἔδειξε νόον.

Quod tamen ad epigrammata esse referendum Vrsinus p. 168 iam docuit auctoritate codicis MSti qui in margine habet ἐκ τῶν Σιμωνίδου ἐπιγράμμάτων. Multo magis etiam erravit Weberus quod ex eodem Stobaeo VIII, 16 ad Simonidem rettulit distichum hocce:

Ωφελεν ὡς ἀφανῆς οὔτω φανερώτατος εἶναι

καιρὸς ὃς αὐξάνεται πλεῖστον ἀπ' εὐλαβίης.

Quandoquidem codd. V. A. E. ab Heerenio consulti Αγάθωνος nomen in margine suppeditant. Denique parum liquet utrum ex elegiis an ex epigrammatis an ex alio nescio quo carminum genere Plutarchus in libello an seni sit gerenda res pub. c. 1 extr. repetiverit Simonidis frustulum dactylicum: πόλις ἄνδρα διδάσκει. cf. Schneidewin. p. XXXV. 114.

ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ ΚΕΙΟΥ ΕΛΕΓΕΙΩΝ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

1.

Stobæi florileg. LXXXVIII, 29. p. 530 sq. **ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.*)**

Οὐδέν εν ἀνδρώποισι μένει χρῆμα ἔμπεδον αἰσί,
 ἐν δέ τὸ κάλλιστον Χῖος ἔειπεν ἀνήρ
 οἵη περ ρύλλων γενεὴ, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν.
 σταῦροί μιν θυητῶν οὐασι δεξάμενοι
 5 στεροῖς ἐγκατέδεντο πάρεστι γάρ ἐλπις ἐνάστρῳ
 ἀνδρῶν ἦτε νέων στήθεσιν ἐμρύεται.
 θυητῶν δὲ ὅρα τις ἀνδρος ἔχη πολυηρατον ἥβης,
 κοῦρον ἔχων θυμὸν πόλλον ἀτέλεστα νοεῖ.
 οὔτε γάρ ἐλπίδος ἔχει γηρασέμενον οὔτε θανεῖσθαι,
 10 οὐδὲ, ὑγιῆς ὅταν ἦ, φροντίδος ἔχει καμάτου.
 νήπιοι, οἷς ταῦτη πεῖται νόος, οὐδὲ ἴσασιν
 ὡς χρόνος ἐσδέ ἥβης καὶ βιότου ὀλίγος
 θυητοῖς. ἀλλὰ σὺ ταῦτα μαδῶν βιότου ποτὶ τέρμα
 ψυχῆς τῶν ἀγαθῶν τλῆσθι χαριζόμενος.

*) Sic A. Trine. Desunt quinque versus priores A. GAISFORD.

Ad fragm. I. V. 1. Primus versus, qui in Stobæi florilegio desideratur, apud Vriginum in Lyricis p. 167 et in appendice Anth. Planud. p. 511 Steph. p. 16 Wechel. Bosch. Anth. Græc. Vol. III p. 540. Iacobs. Anth. Pal. Vol. II p. 786 nescio ex quo fonte additus est, eumque, quum nihil in se habeat quod a colore Simonideo aut reliquorum distichorum sententia ac tenore alienum sit, retinendum ac ne uncis quidem circumcludendum esse duximus.

V. 2. Χῖος—ἀνήρ, i. e. Όμηρος. Huc respicit Plutarchus de vita et poesi Homeri II, 2. Όμηρον τοινι πίνδαρος μὲν ἔφη Χῖον τε καὶ Συνράπον γερέσθαι, Σιμωνίδης δὲ Χῖον. Similiter hymnus a Thucydide III, 104 Homero adscriptus in Apollinem Del. 172 sq.

τυφλός ἀνήρ, οἰκεῖ δὲ Χῖοι ἐν παιπαλοέσσῃ,
 τοῦ πᾶσαι μετόπισθεν ἀριστεύοντιν ἀνιδάν.

Etiam Theocritus 7, 47 laudat Χῖον ἀνδόν.

V. 3. Versus Homerius quo foliorum cito pereuntium levitati opponitur humani generis imbecillitas exstat Iliad. VI, 147 eique explicandi caussa adduntur:

φύλλα τὰ μέν τ' ἄνεμος καμάδις χέει, ἄλλα δέ θ' ὄλη
 τηλεθόωσα φύει, ἔαρος δὲ ἐπιρίγγεται ὥρη.
 ὡς ἀνδρῶν γενεὴ η μὲν φύει η δὲ ἀπολίγει.

cf. Iliad. XXI, 462. Eodem respexit Mimmernus 2, 1 sqq.

ημεῖς δ' οἴα τε φύλλα φύει πολυάνθεμος ὥρη
ξαρος, ὅτ' ἀψ αὐγῆς αὔξεται ἡδίον,
τοῖς ἵκεισι πήχυνος ἐπὶ χρόνον ἄνθεσιν ἥβης

τερπόμεθα. — cf. Musæus apud Clement. Alex. Strom. VI p. 738. Horat.

A. P. 60 sqq. Virgil. Aen. VI, 509 sq. — τοιήδε, ita scriptum apud Stobæum et in Anthologia et a Wolfio in Iliade. Spitznerus tamen cum cod. Ven. et suadente Buttmanno ad Soph. Philoct. 87 edidit τοιή δὲ, antiquum vero subesse vitium ex hoc Simonidis loco aliisque indicis probabiliter coniecit. Itaque in vulgata scriptura acquievimus.

V. 4. μιν, sc. Χῖον ἄνδροι.

V. 5. στέρωντις ἐγκατέθετο, i. e. ἐν στέρωντις κατέθετο. Rectissime observavit Valkenarius ad Callimachi elegiarum fragm. p. 243 non ad ea quæ audirent servanda sed ad sonum percipiendum factas esse aures, quæque acciperent mox elabi, nisi in animum attutum demissa corde memori condita teneantur.

V. 7 sq. Sensum verissime exposuit Iacobsius: dum [s. quamdiu] iuventutis flore fruimur, mentis levitas multa designat non habitura exitum. Qui quæ humilem mortalium sortem exsuperant dicit cogitative, quo deorum vindictam in se excitet, κοῦφα λέγειν et φρονεῖν dicitur. In Anth. Steph. et in Anall. Brunck. ex Vrsino perperam scriptum est ἔχει, cuius loco ex Stobæo restituendum ἔχει. Similiter Tyrtaeus 6, 28. ὅπερ ἐρατῆς ἥβης ἀγλαὸν ἄνθος ἔχει. cf. Hermann. ad Viger. p. 954.

V. 9. Explica: νέος ἀνὴρ ἀπίδα ἔχει οὐτε γερασέμεν οὐτε θανεῖσθαι, i. e. iuvenis spem nutrit fore ut neque senescat neque moriatur. Quare non opus est ut h. l. cum Iacobso ἀπίδα pro cogitatione accipiamus. Stob. cod. A exhibet γῆρας ἔμεν, unde facile extricandum γηρασέμεν, quod utique præstat vulgato γηρασέμεν, quum littera α per se iam producatur.

V. 11. νήπιοι, οῖς, sic Vrsin. Steph. et sic emendanda Stobæi scriptura **A.** νηπιοῖς. **B.** νηπιόις. Vulg. νηπιοῖς. — οὐδὲ ἰσασιν Stob. At quam Stephanus iam inseruit particulam τ', eam retinuit Iacobsius, quanquam usus Homericus eiusmodi hiatum tolerabilem reddidit et quasi sancivit etiam apud posteriores poetas. Sic Iliad. XVIII, 420. ἐργα ἰσασιν. **Od. XIII, 89.** καὶ τι ἰσασι. Et pariter sexcenties.

V. 13 sq. ταῦτα μαθών, haec apud animum tuum reputans usque ad vitæ terminum indulge genio animumque honorum fructu impertire ne dubites. **IACOBS.** Simonidi obversatus esse videtur Archilochus 4, 9 sq. ἀλλὰ τάχιστα τλῆτε γυραικεῖον πένθος ἀπωσάμενον. Genitivus rei τῶν ἀγαθῶν eodem modo ponitur, quo iam in **Odyss. I, 140.** χαριζομένη παρεόντων. **XVII, 452.** ἀλλοτριῶν χαρίσασθαι.

2.

Anth. Pal. VII, 496. ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ εἰς τινα ναυηγὸν ἐν Γερανείᾳ
καὶ ταῖς Σκειρωνίσι πέτραις ναυαγήσαντα.

Ἡροίη Γεράνεια, καπὸν λέπτας, ὥστελες Ἰστρον
τῆλε καὶ ἐν Σκυδέων μακρὸν δρᾶν Τάναιν,

μηδέ πέλας ναιεών Σκειρωνικὸν οἶδμα θαλάσσης
ἄγνεα νιπομένης ἀμφὶ Μεσονηίδος.

5 νῦν δ' ὁ μὲν ἐν πόντῳ πονεόδος νέκυς, οἱ δέ βαρεῖαν
ναυτιλίην κενεοὶ τῆδε βοῶσι τάροι.

V. 1. Ήερήν Γεράνεια, dubitari non potest quin poeta rupem Geraneam alloquatur, quam inter Megaram et Corinthum sitam esse tradit Stephanus Byz. [cf. Thueydid. III, 70.] Prominebat autem in mare, ut ex Inus fabula apparet, quae Athamanem fugiens inde cum Melicerte desiluit. Hic igitur naufragium fecerat is cuius mortem poeta deplorat. In ἡερήν multa frustra tentavit Reiskius, quum sit alta, aëria rupes, quam ad Istrum potius et Scythas quam ad mare Aegaeum sitam esse optat Simonides. IACOBS. — ὥφελες, sic primus emendavit Salmasius exercit. Plin. p. 89 D. quod quidem verbum ad Γεράνειαν quam alloquitur poeta, non ad naufragum est referendum. Cod. Pal. habet ὥφελεν, quod librario deberi videtur qui vocativum Γεράνεια perperam pro nominativo habuit. — Ἰστρον Pal. ultimæ syllabæ superscripto o.v. Sed accusativus Ἰστρον æque ac Τάραι aptus a verbo ὄραι.

V. 2. εἰς Σκυθέων, Reiskius male εἰς Σκυθ. corrigit, quanquam eum non fugiebat sensum esse Tanain longo tractu e Scythis descendente. Heringa εἰς Σκυθέων emendavit. IACOBS. Sed quæritur an verba εἰς Σκυθέων recte interpretatus sit vir sapientissimus, quae mihi potius respondere videntur adverbio τῆλε, ita ut Geranea rupes e loco suo in Scytharum terram mota iam inde ad Tanain longe prospicere cogitanda sit; μακρὸν enim adverbii instar positum spectat ad ὄραι, non ad Τάραι.

V. 3. μηδὲ, Pal. perperam sciunxit μὴ δὲ.

V. 4. ἄγνεα dederat Salmasius et Heringa, ἄγνεα Pal. — νιφομένης, sic emendanda scriptura Pal. νεφομένης, forma epica eademque elegiaca revocata, qualis exstat v. 1. ἡερήν, v. 5. θαλάσσης, v. 6. ναυτιλίην, et diphthongo ει (quae in illa voce posterioris aetatis est) mutata in ει. cf. Iacobs. ad Anth. Pal. T. III p. 67. Ex verbo νιφεύ colligitur tempus quo homo nescio quis naufragium passus est fuisse aut hemale aut nimis procellosum, quandoquidem nix in illa regione haud sempiterna. — ἀμφὶ Μεσονηίδος, ita corrigendum duce Pal. ἀμφὶ μὲ θαλάσσης. Plinius N. H. III, 12, 57 insulas (vel potius scopulos denudatos ea maris Seronicī tenuitate, observante C. O. Müllero Aeginet. p. 5 sq.) laudat in Megarico sinu. Methurides quattuor, ex quibus una h. l. intelligenda eaque montuosa et prærupta. Iacobsius tamen acquievit in Hemsterhusii conjectura ad Lucian T. I p. 507 proposita ἀμφὶ Μολονηίδος sive Μελονηίδος, quoniam sic quoque scriberetur, respiciens ille quidem ad schol. Pindari Isthm. p. 513. ed. Bœckh. Ινώ ὑπὸ Αθέμαρτος ἀναιρεθῆσαι μέλλουσα, κατὰ μανίαν προσανηρημένον τοῦ νιοῦ αὐτῆς Λεόρχου, καὶ αὐτῇ μακρεῖσα τὸν λοιπὸν παῖδα Μελικέρτην ἀρπάσασα διὰ Γερανέας τοῦ Μεγαρικοῦ φυροῦσα καὶ στᾶσα ἐπὶ τῆς καλομένης Μολονηίδος πέτρας ἥλλετο σὺν τῷ βρέφει εἰς τὴν ὑποκειμένην θάλασσαν. cf. Schol. ad Ly-

coph. 229. Sed quoniam Μολονὸς πέτρα pars tantummodo est Γερανεῖς, dubito an bene dici possit Geraneam sitam esse circa saltus Moluridis. Aptissime autem poeta, quem accuratius describat regionem qua naufragus ille perit, totam Geraneam sitam esse ait prope Scironicas undas circa Methuridem insulam, ita ut naufragium factum esse videatur in ea parte Megarici sinus quae Geraneam inter et Methuridem insulam in medio est posita.

V. 5 sq. Hoc distichum cum præcedentibus non ita cohaeret ut sententia uno tenore fluere videatur: quare cum Webero lacunæ nescio quam amplæ signa addidimus, qui quidem hiatus simul nomen viri hausisse putandus est cuius calamitas in elegia deplorabatur. Ex verbis ἐν πόντῳ κρυπτὸς νέκυς sequitur corpus naufragi insepultum iacere in mari, id quod Archilochus quoque lamentatus est fragm. 3. Itaque sequenti versu memoratur κενοτάφιον.

V. 6. κενεοὶ—τάφοι, quod per enallagen numeri pluraliter dictum esse pro cenotaphio quod naufrago conditum erat recte intellexit Franckius Callim. p. 74 qui itidem p. 72 probabiliter observavit voculam τῆδε (i. e. hic, in patria vel terra continent, quæ opponitur πόντῳ quo corpus erat haustum) cenotaphium δεικτικῶς significare. Ex Simonidis disticho colorem duxit Callimachus epigr. 18.

τὸν δὲ ὁ μὲν εἰνὶ ἄλι που φέρεται νέκυς, ὅτι δὲ ἐκείνον
οὔνομα καὶ κενεὸν σῆμα παρερχόμεθα.

ut vere perspexit Ruhnkenius epist. crit. I p. 121.

3.

Anth. Pal. VII, 515. 513. ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ εἰς Τίμαρχον νεώτερον
ἐν νόσῳ τελευτήσαντα.

Ἄτι αὖ, νοῦσε βαρεῖα, τί δὴ ψυχαῖσι μεγαίρεις
ἀνθρώπων ἐρατῷ πάρο νεότητι μένει;
ἢ καὶ Τίμαρχον γλυκερῆς αἰῶνος ἀμερόσας
ἡδεον ποιὸν οἶδεν κονιδίην ἀλογον.

5 ρῆ τότε Τίμαρχος πατρὸς περὶ χεῖρας ἔχοντος,
 ἵνικ ἀρέτην ἐπνεεν ἥλικήν
 ὡς Τιμηροῦδη, παιδὸς ρῖλον οὐποτε λίση
 οὐτὸς ἀρετὴν ποδέων οὔτε σαορθοσύνην.

V. 1. Quanquam Franckio in summo horum distichorum argumento assentimur, hoc tamen temere pronuntiasse videtur p. 67 exclamacionem αὐτοῦ in versibus lapidi insculptis esse ridiculam, quandoquidem Græcis ipsis hæc rēs haud ita ridicula videbatur, quemadmodum epigrammata ostendunt quæ ab eadem exclamacione incipiunt eaque excitata a Jacobsio in indice ad Anth. Pal. Vol. III p. 975.

V. 2. ἐρατῆ, sic emendandum ex Pal. ἀρετᾶ. Illud epitheton pariter usurpavit Tyrtaeus 6, 28. ἐρατῆς ἥβης ἀγλαὸν ἄνθος. Solo γ, 22. δος πολλῶν ἐρατήν ἀλεσεν ἡλικίην. cf. Simonid. 1, 7. — Planud. vulg. ἐρατῆ. Sed nostrae scripturæ favet γλυκερῆς v. 5. κονρεδίην v. 4. (in Pal. sed πονρεδίαν Planud.) ἴμερτήν—ἡλικίην v. 6. — Ceterum Iacobsius laudavit similem fere sententiam ex epigr. ἀδεσπ. 520. Parca — η θητοῖς ψυχὴν πείσασ' ἐπὶ σώμασιν ἀλειν αὐτὴν τοῖς μελέοις οὐκ ἀνέπεισε μένειν.

V. 3. η καὶ Pal. η καὶ Planud. Brunck. γλυκερῆς αἰῶνος ἀμέρσας ex II. γ, 58. φίλης αἰῶνος ἀμερθῆς. Vid. Eustath. p. 1553, 1. IACOBS.

V. 4. Sicut h. l. Timarchus immaturo fato abruptus lugetur, quod nuptiarum expers ad inferos descendit, ita Antigona Sophoclea v. 917 sq. semet ipsa deplorat ἀλειπόν, ἀνέμανον, οὗτε τον γάμον μέρος λαχοῦσαν οὗτε παιδέον τροφῆς. Simonides etiam in epigrammate Anth. Pal. VII, 570, 3 sq.

οὐκ ἐπιδῶν νῦμφαια λέχη κατέβην τὸν ἄρνυκτον

Γόργυππος ξανθῆς Φερσεφόνης θάλαμον.

V. 5. φῆ τότε Τίμαρχος, emendavit Franckius Callin. p. 71. Vulg. φῆ ποτε, in quam scripturam verissime animadvertisit Timarchum ea quæ deince sequuntur non dixisse incerto tempore, aliquando, sed moribundus, ήτικ ἀφ' ἴμερτήν ἐπτενεν ἡλικίην. «Qui potest, inquit, punctum temporis accuratius definiri? Nonne igitur magnopere vituperandus esset Simonides, si tam repugnantia protulisset in eiusdem carminis eodem disticho? — τότε ad antecedentem quæ excidit narrationem de obitu Timarchi et morbi descriptionem referendum.» — Cod. Pal. exhibet πρόμαχος metro adversante, unde Lennepius suspicatus est παῖς Πρόμαχος, Iacobsius φῆ ποτε Τιμόμαχος. Sed cur idem Iacobsius scripturam Anthologiae Planudeæ Τιμάρχος ex Planudis coniectura profectam esse putet vix assequor. Pari iure ex alio quodam codice verius illud nomen repetitum esse potuit.

V. 6. ἀφ' Pal. ἀμφ' Planud. all. — Ceterum ἀπέπτενεν ἡλικίην dicitur pro ἀπέπτενεν θυμὸν ἐν ἡλικίᾳ, quemadmodum apud Pindar. Isthm. VI [VII], 47. εὐανθέ ἀπέπτενεν αἷς ἀλικίαν. Similiter fere idem Simonides epigr. Anth. Pal. VII, 258. οἴδε παρ' Εὐρημέδοντά ποτ' ἀγλαὸν ὄλεσαν ἥβην. Ibid. Vol. II p. 632. ἐρατήν γὰρ ἀπωλέσαμεν νεότητα.

V. 7. Τιμηνορόδη, ambiguae potestatis forma, unde colligere liceat aut ipsum Τιμηνορόδην Timarchi patrem fuisse aut illum Timenoris filium aliud nomen habuisse nobis ignotum. — οὕποτε λήση — ποθέων, haec verba intime secum cohærente docet Iacobsii interpretatio: semper memineris filii tui virtutem et modestiam desiderare.

4.

Anth. Pal. VII, 647. ΣΙΜΩΝΙΑΟΥ εἰς Γοργώ τινα κόρην τελευτήσασαν.

Ὑστατα δὴ τάδ' ἔειπε ρέλην ποτὶ μητέρα Γοργώ

δακρυόεσσα δέρης χερσὸν ἐραπτομένη

αὖθι μένοις παρὰ πατοῖ, τέκοις δ' ἐπὶ λώον μοίην

ἄλλην σῷ πολιῷ γῆρας κηδεμόνα.

Hoc tetrastichium obversatum esse videtur Anytæ Anth. Pal. VII, 646.

Δοσθια δὴ τάδε πατοὶ φίλω περὶ χεῖρε βαλοῦσα
εἰπὲ Ἐρατὼ γλωσσὶς δάκρυσι λειβομένη·
ὡς πάτερ, οὐ τοι ἐτ’ εἰμι, μέλας δ’ ἐμὸν ὄμμα καλύπτει
ἥδη ἀποφθιμένης κυάρεον θάνατος.

V. 1. Pal. omittit δὴ, quod tamen retinendum cum Planude. Idem Pal. ποτὲ pro ποτὶ.

V. 2. 3. Doricæ quæ vulgantur formæ ἐφαπτομένα, μολὼν a molliori ac dulciori Simonidis stilo abhorrende videntur. cf. ad fragm. 3, 2.

V. 4. κηδεμόνα, ita scribendum Salmasio auctore, qui tamen proposuit καδεμόνα. Cod. η η Pal. καδομεναν, unde edd. Planud. fluctuant inter καδομεναν et κηδομεναν.

5.

Plutarchus de Herodoti malignitate c. 42. Κορινθίους γε καὶ τάξιν ἦν ἐμάχοντο τοῖς βαρβάροις καὶ τέλος ἡλίκον ὑπῆρξεν αὐτοῖς ἀπὸ τοῦ Πλαταιᾶσιν ἀγῶνος ἔξεστι ΣΙΜΩΝΙΑΟΥ πυθέσθαι γράφοντος ἐν τούτοις.

Μέσσοι δὲ οἵ τ’ Ἐρύρην πολυπίδακα ναιετάοντες,
παντοίης ἀρετῆς ἴδριες ἐν πολέμῳ,
οἵ τε πόλιν Γλαύκοιο Κορώνειον ἀστυν νέμοντες,
οἵ καὶ κάλλιστον μάρτυν ἔθεντο πόνων
5 χρυσοῦν τιμήντος ἐν αἰδέον καὶ σὺν ἀέξει
αὐτῶν τ’ εὐρεῖαν κληδόνα καὶ πατέρων.

Plutarchus contra Herodotum, qui VIII 53 sqq. solos Lacedæmonios cum Tegeatis et Athenienses pugnæ Platæensis participes fuisse narrat, Simonidis testimonio usus est, ut quem locum Corinthii in eadem pugna occupassent et quo eventu pugnassent doceret. Sed illi Simonide referente Solem, non homines rerum a se gestarum testes laudarunt, neque semper Simonidem ipsum tam bene sensisse de Corinthiis Iacobsius demonstrat ex Plutarchi Themist. c. 5. cf. fragm. 94 ed. Schneidewin.

V. 1. μέσσοι δ’, sc. ἥσαν, i. e. in media acie collocati erant. Codd. B. E. μέσσοισι.—Ἐφύρην, antiquissimum Corinthi nomen (cf. ad Hermesianact. p. 178), quum Κορίνθιον ἀστυν v. 3 separatim laudetur, h. l. referendam esse ad omnem regionem circumiacentem (quemadmodum Athenæ sæpius pro Attica ponuntur) G. E. Weberus probabiliter collegit ex epitheto πολυπίδαξ, quod ad terram potius fontibus abundantem quam ad urbem esset accommodatum. Sic apud Homerum Il. VIII, 47 et alibi reperitur Τόη πολυπίδαξ.—Codd. B. T. V. οἱ γ’ Ἐφύραι. Vulg. οἱ Γέφυραι. Servata Brunckii et Iacobsii scriptura restitui-
mus formam elegiacam Ἐφύρην.

V. 5. πόλιν Γλαύκοιο, qui Sisyphi filius fuit. Alii Sisyphum alii Glaucum Corinthi conditorem fuisse memoriae prodiderunt. cf. Homer. Il. VI, 152 sqq. Apollodor. I, 9, 3. Stephan. Byz. v. Ἐφύρα.

V. 4. οἱ καὶ κάλλιστοι, sic primus edidit Vrsinus, quum in Plutarchi editionibus desideretur particula καὶ, quae tamen quam facile absorberi potuerit a sequenti syllaba καλ euilibet in oculos incurrit. Atqui Reiskius voculas οἱ καὶ prorsus supervacuas esse opinatus, quum seq. versu vocabulum χρυσοῦ non haberet unde penderet, proposuit κρέσσοντα καλλίστων μάρτυν ἔθετο πόρων χρυσοῦ, quod Schneidewino ansam dedit ad conjecturam κύκλου καλλίστων. Sed re vera neque abundant οἱ καὶ, neque inexplicabilis est genitivus χρυσοῦ, quippe qui habeat vim qualitatis, i. e. ὅντα χρυσοῦ, sive μάρτυν χρύσεον, quemadmodum Homer. Il. XX, 270 sq. πτύχας — τὰς δύο χαλκέας, δύο δὲ ἔνδοθι κασσιτέροι. cf. Mimmerm. 9, 7. Ac ne offendat duplex genitivus (obiectivus πόρων et adiectivus χρυσοῦ) ab eodem substantivo μάρτυν aptus consule Matthiae gramm. Græc. p. 364 ed. III. Quae quum ita sint, totam sententiam sic fere expedit: Corinthii, qui etiam (aliis videlicet idoneis testibus deficientibus) pulcherrimum laborum suorum testem constituerunt aureum qui in æthere versatur, i. e. Ἡλιον, ὃς πάντες ἐφορᾶ καὶ πάντες ἐπακούει. Iliad. III, 277. Sagaciter autem observavit Weherus p. 615. "Die Wendung selbst scheint nicht viel anderes zu verrathen, als dass die Korinthier, einen Zeugen ihres Heldenmuthes bei Plateæ unter den Sterblichen zu finden verzweifelnd den guten Helios, den niemand so leicht weder abhören noch widerlegen konnte, dazu erkoren, so dass wir einen feinen Ausweg durch eine Verlegeuheit zu kommen an Simonides zu bewundern, Plutarchos aber gerade das was er bekämpfen wollte mit seiner Anführung bekräftigt hätte."

V. 5. καὶ σφιν ἀξέει, sc. Ἡλιος, structura paullo liberiore.

6.

Apollonii Soph. Lex. Hom. p. 117 ed. Bekker. ξεινοδόκος ξενοδόχος, ὁ τοὺς ξενους ὑποδεχόμενος. ὁ δὲ Πίνδαρος „ξεινοδόκησέν τε δαιμων“ ἀντὶ τοῦ ἐμαρτύρησε. — φησὶ γοῦν ΣΙΜΩΝΙΑΗΣ

ξεινοδόκων γάρ ἄριστος ὁ χρυσὸς ἐν αἰθέρι λαμπρός
ἀντὶ τοῦ μαρτύρων.

In Etymolog. M. p. 353. Gud. p. 414 et apud Zonaram p. 1415 perversa confusione Pindaro assignatur hexameter qui Simonidis est, Simonidi autem Pindari verba tribuuntur. cf. Boeckh ad Pindari fragm. 175. — ξεινοδόκων Apollon. Etym. M. Gud. ξενοδοκῶν Zonar. Deinde quod in omnibus libris scriptum est δ' ἄριστος Villoisonus emendare voluit δὲ ἄριστος, Brunckius δ' ἄριστος, Heynius inseruit ἄριστος, quod haustum a syllaba subsequenti et cum prægresso δ coniunctum probabilem reddit scripturam γάρ. Boeckhius denique voluerat δ' οὐδὲ ἄριστος. Tum Etym. M. Gud. Zonar. omittunt articulum ὁ cum Apollonio metri gratia utique retinendum. Quod Apollonii codex Bekkero teste compendio scriptum exhibet εραι, unde Montfauconus perperam extricavit ἐραιθραι, id apud Etym. M. Gud. Zonar. aperte expressum est ἐν αἰθέρι. Postremo miror quod Boeckhio rectius scribendum videtur λαμπτων cum Etym. M. Gud. Zonar. quam λαμπρός quod exstat apud Apollonium. Immo participium illud multo magis interpretamentum sapit quam adiectivum λαμπρός, i. e. ὁ χρυσὸς λαμπρός ὁ ἐν αἰθέρι ὁ, velut fragm. 5, 5. χρυσοῦ τιμῆτος ἐν αἰθέρι. —

7.

Stobæi eclog. phys. I, 3, 6. p. 28. ed. Heeren. ΣΙΜΩΝΙΑΟΥ.

Ζεὺς πάντων αὐτὸς φάρμακα μοῦνος ἔχει.

Simonidi hunc pentametrum tribuere codd. V. A. testatur Heerenius, Canterus autem atque Grotius ἀδεσποτον reliquerunt. — Versus ipse gnomicum procul dubio præ se fert colorem, velut Philetas fragm. I. Κρόνος, ὃς ἐν Διὸς ἀλγεα πέσσειν ἔλαχε καὶ πένθεων φάρμακα μοῦνος ἔχει. cf. ad Archiloch. 4, 6. — Pro πάντων codd. V. A. Cant. πάντως prono lapsu.

8.

Stobæi eclog. phys. VIII, 22. p. 232. ed. Heeren. ΣΙΜΩΝΙΑΟΥ.

ὅτι χρόνος ὁξὺς ὀδόντας
καὶ πάντα ψήχει καὶ τὰ βιαιότατα.

V. 1. ὅτι codd. V. A. apud Heeren. cuius loco Canterus dederat οὗτοι, quod Grotius correxit οὗτο. Sed totus locus ex sententia hodie deperdita aptus est.

V. 2. καὶ πάντα κ. τ. λ. i. e. quum omnia tum firmissima, sive ut omnia, ita etiam firmissima. Quare inutilis est Schneidewini conjectura σύμπαντα vel ὁέα πάντα. — ψήχει verissime emendavit Piersonus Verisimil. p. 152. Codd. V. A. ψύχει, de quorum verborum permutatione cf. Ernest. ad Callimach. hym. in Cer. 46. p. 242. epigr. ἀδεσπ. DCXV. ψήχει καὶ πέτρην ὁ πολὺς χρόνος. Tibull. I, 4, 18. Longa dies molli saxa peredit aqua. Vulgabatur ψύχη, unde Grotius dedit συύχει. — τὰ βιαιότατα exhibent codd. V. A. quo non contentus Piersonus l. c. proposuit βεβαιότατα, firmissima. Sed quae τὰ βιαιότατα, violentissima, ea etiam ad resistendum idonea sunt ideoque simul firmissima.

9.

Athenæus I, 58. p. 32. B. C.

Ἡ γὰρ ἔπος τόδ' ἀληθές, διὸ οὐ μόνον ὄμβατος αἴσαν
ἀλλά τι καὶ λέσχης οἶνος ἔχειν ἔδελει.
οὐ γὰρ ἀπόβλητον Διονύσιον οὐδὲ γίγαρτον.

οἱ Κεῖος φησι ποιητής.

V. 1. Ἡ γὰρ, Porsonus coniecit ἡν ἦρ, sed parum intelligo quo iure. Particula ἦ habet vim intentivam, γάρ caussalem atque spectat ad sententiam quæ prægressa erat hodie deperditam, licet γὰρ etiam ad augendam vim particulæ ἦ potuit adiungi.

V. 2. λέσχης L. λεύχης B. C. D. V. Sensus: natura vini ita comparata est ut consultationibus et colloquiis potissimum indulget; vinum enim Græcorum et Romanorum more aqua temperatum solet aperire secreta pectoris. Similiter Ion Chius eleg. 1, 3. αὐτη (vinum) γὰρ πρόφασις πατροδαπῶν λογίων.

V. 3. οὐ γὰρ, sic emendandam esse librorum scripturam οὐδὲ γὰρ metricæ rationes facile tibi persuadebunt, nisi cum Schweighæusero malueris οὐδὲν ἀπ. supplente illo quidem δῶρον, nullum Bacchi munus aut omnino nihil quod a Baccho est. — In promptu est etiam οὗτοι ἀπ. respicienti ad Homer. Il. III, 65. οὗτοι ἀπόβλητοι ἐστὶ θεῶν ἐρικύδεα δῶρα. Sed illud explicabis: nam ne acinus quidem vinaceus contemnendus est. — Schweighæusero eiusque vestigia prementi Gu. Dindorfio tertius hic versus cum præcedentibus non cohaerere ideoque ille tantum Simonidis esse, prius autem distichum aliunde petitum esse videtur. Sed iustum huins opinionis rationem desideramus, quandoquidem sententiarum nexus aptissimus esse videtur: *Vinum non solum indiget aqua, sed etiam colloquia ac sollertia rem ingenii excitat vim, propterea quod in eius natura, ne in acino quidem, nihil pravi inest.* Sic Ion. 1, 13. τῶν ἀγαθῶν βασιλεὺς οὐνος ἔδειξ φίσιν.

Simonidem excipit **ÆSCHYLVS ATHENIENSIS**, poeta tragicus et grammaticus et sublimi orationis genere excellentissimus, quem Olympiade LXX primas fabulas docuisse constat inter omnes. Iam eundem poetam carmen elegiacum composuisse in eos qui ad Marathonem fortiter occubuerunt Plutarchus *Sypos. I, 10, 3* hisce verbis significat: *Γλαυκίας δὲ ὁ ὄγήτωρ καὶ τὸ δεξιὸν κέρας Αἰαντίδαις τῆς ἐν Μαραθῶνι παρατάξεως ἀποδοθῆναι ταῖς Αἰσχύλου εἰς τοὺς ἐν Μαραθῶνι ἐλεγείαις ἐπιστοῦτο, ἥγωνισμένου τὴν μάχην ἐκείνην ἐπιφανῶς· ἔτι δὲ καὶ Καλλίμαχον ἀπεδείκνυε τὸν πολέμαρχον ἐξ ἐκείνης [sc. Αἰαντίδος] ὅντα τῆς φυλῆς, ὃς αὐτὸν τε πάρεσχεν ἄριστον ἄνδρα καὶ τῆς μάχης μετά γε Μίλτιάδην αἰτιώτατος κατέστη σύμψηφος ἐκείνῳ γενόμενος.* Retinuimus formam ταῖς — ἐλεγείαις, quandoquidem idem poeta eandem rem tam celeberrimam pluribus elegiis sive idylliis potuit complecti, quamquam lenior suppetebat medicina τοῖς — ἐλεγείοις. Contra ineptam librorum scripturam εἰς τὴν μεθορίαν emendavimus εἰς τοὺς ἐν Μαραθῶνι, sc. τεθνηκότας*), quod quidem remedium præsentι malo haud ita difficile atque præcepis videbitur ei qui cogitaverit de nota scribendi εἰς τὸ ἐν temere conglutinata in εἰς τὸν (unde reliqua depravata) et præterea in consilium vocaverit Aeschylī vitam Graece conscriptam, ubi haec leguntur: ἀπῆρε δὲ ὡς Ιέρωνα τὸν Σικελίας τύραννον, κατὰ τινὰς μὲν ὡς ὑπὸ Αθηναίων κατασπουδασθεὶς καὶ ἡσσηθεὶς νέῳ ὄντι τῷ Σοφοκλεῖ, κατὰ δὲ ἐνίοντος ἐν τοῖς εἰς τοὺς ἐν Μαραθῶνι τεθνηκότας ἐλεγείοις ἡσσηθεὶς Σιμωνίδης τὸ γὰρ ἐλεγεῖον πολὺ τῆς περὶ τὸ συμπαθές λεπτότητος μετέχειν θέλει, δὲ τοῦ Αἰσχύλου, ὡς ἐφαμένη, ἐστὶν ἀλλότριον. Reposuimus ἐν ΤΟΙΣ — ἐλεγείΟΙΣ pro vulg. ἐν ΤΩΙ — ἐλεγειΩΙ,

*) Quae quum typographo tradita iam essent, iusto serius in manus mihi venit fasciculus 10 Zimmermanni diar. ant. scient. a 1835, ubi p. 952 Th. Bergkio scribendum videtur εἰς τὴν Μαραθῶνα, quae quidem conjectura eundem fere cum nostra præbet sensum. Idemque p. 953 vere perspexit hoc pertinere Photii glossam p. 246. 23. *Μαραθῶνιον ποληματίον* Αἰσχύλος εἰδοκτημοσε γὰρ εὐ τῷ Μαραθῶν σὺν τῷ ἀδελφῷ Κυρναγέλῳ. Corrigendum haud dubie Αἰσχύλον, ut ipsius Aeschylī Marathonia qua de agitur intelligenda sit elegia.

ubi poteras etiam sanare $\varepsilon\nu THI \varepsilon\lambda\gamma\epsilon\iota AI$, sive ad Plutarchi locum respiciens $\varepsilon\nu TAI\zeta \varepsilon\lambda\gamma\epsilon\iota AI\zeta$. Nam futilis est Schneidewini ad Simonidis reliquias p. 80 in Franckii Callinum p. 55 animadversio, illius quidem temere fingentis nativam vocis $\varepsilon\lambda\gamma\epsilon\iota\sigma$ significationem qua est *distichum* pedetentim latius evagatam esse, ita ut $\varepsilon\lambda\gamma\epsilon\iota\sigma$ etiam pro $\varepsilon\lambda\gamma\epsilon\iota\alpha$ diceretur, quod quum iam per se toto cœlo erratum sit, hoc tamen loco, ubi de certa Aeschyli elegia, non in universum de poesi elegiaca agitur, nequaquam tolerandum: tales autem ineptiae imperitis potius librariis quam ipsis grammaticis Græcis debentur. Nihilo secius idem Schneidewinus hoc saltem vere percepit, verba quae adduntur: $\tau\ddot{o} \gamma\ddot{a}\rho \varepsilon\lambda\gamma\epsilon\iota\sigma$ (i. e. *distichum* quod ponitur pro *genere elegiaco in universum*) $\pi\omega\dot{\nu} \tau\eta\dot{\varsigma} \pi\epsilon\dot{\eta}\iota \tau\ddot{o} \sigma\mu\pi\alpha\theta\dot{\epsilon}\varsigma \lambda\epsilon\pi\tau\dot{\theta}\tau\eta\dot{\varsigma} \mu\epsilon\tau\dot{\chi}\epsilon\iota\eta\dot{\varsigma}$, uni convenire elegiae, contra ab epigrammate longissime remota videri. Quam ob rem aperte quidem confitendum a Franckio me esse seductum ut in Iahnii annalibus philologicis XIII p. 107 de Aeschyli epigrammate cogitarem: at qui, ut genio suo indulgeat, fingere quae non vera potest — sepulcrale epigramma Aeschylo adscriptum in Anth. Pal. VII, 255 ad Marathoniam elegiam a nobis esse relatum — hunc tu, Germane, caveto.

Nescio an Marathoniae elegiae vindicare liceat pentametrum a Plutárcho passim laudatum, modo addito Aeschyli nomine modo omisso*), eumque ad ipsum illum Callimachum referre qui post Miltiadem omnium *Μαραθωνομαχῶν* facile fortissimus celebrabatur, de Alexandri fortitudine II, 2. *Αλεξανδρος — ήσκει μὲν ἀεὶ διὰ τῶν ὄπλων δεινός εἴναι κατὰ τὸν ΑΙΣΧΥΛΟΝ*

1 *Bοιωτὸς ὀπλιτοπάλας, δάσος ἀντιπάλοις.*

Ac ne offendat Dorica dialectus ab aliorum poetarum elegiis plerumque aliena, haec ipsa dialectus, quippe quae parum conveniret $\tau\eta\dot{\varsigma} \pi\epsilon\dot{\eta}\iota \tau\ddot{o} \sigma\mu\pi\alpha\theta\dot{\epsilon}\varsigma \lambda\epsilon\pi\tau\dot{\theta}\tau\eta\dot{\varsigma}$, simul in caussa fuisse videtur ut Aeschylus a Simonide suaviori poeta in elegiarum certamine superaretur. Noli tamen in comparationem vocare Euripidis *Θρῆνον Ανδρουμάχης*, quippe qui tragœdiae insertus Doricas quoque flagitaret formas lyricorum carminum communes.

Accedit alter pentameter eiusdem dialecti vestigium relinquens apud Theophrastum hist. plant. VIII, 15 p. 313 ed. Schneider. $\kappa\alpha\dot{\iota} \gamma\ddot{a}\rho \Lambda I S X Y L O \Sigma \varepsilon\nu \tau\alpha\dot{\iota}\varsigma \varepsilon\lambda\gamma\epsilon\iota\alpha\iota\varsigma \omega\dot{\nu} \pi\omega\mu\pi\alpha\mu\alpha\kappa\omega\pi\iota\omega\iota\varsigma \lambda\epsilon\pi\tau\dot{\theta}\tau\eta\dot{\varsigma}$ *Tυρρηνίαν*.

2 *Tυρρηνὸν γενεάν, παρμακοποιὸν ἔδνος.)***

Vnde apparet, siquidem vera est quam receperimus Mediceorum codicum scriptura $\varepsilon\nu \tau\alpha\dot{\iota}\varsigma \varepsilon\lambda\gamma\epsilon\iota\alpha\iota\varsigma$ pro vulg. $\varepsilon\nu \tau\alpha\dot{\iota}\varsigma \varepsilon\lambda\gamma\epsilon\iota\sigma\iota\varsigma$, praeter Marathoniam illam plures olim exstitisse Aeschyli elegias easque fortasse omnes Dorica dialecto conceptas. Huic coniecturæ quodammodo fayet Suidas qui simpliciter Aeschylum $\varepsilon\lambda\gamma\epsilon\iota\alpha$ scripsisse tradit.

*) Etiam in hac re Berghius idem nobiscum suspicatus est.

**) Hinc aptus est Plinius N. H. XXV, 2, 4. Vnde arbitror natum ut Aeschylus, e vetustissimis in poetica, refertam Italianam herbarum potentia proderet.

Sequitur EVRIPIDES, eodem anno atque die quo pugna navalis ad Salaminem commissa est in ipsa hac insula natus, i. e. Olympiadis LXXV anno primo, defunctus Olympiadis LXXXIII anno tertio *). Quem quidem tragœdiarum scriptorem facundissimum distichis composuisse ἐπικήδειον in Athenienses qui Nicia et Demosthene ducibus Olymp. LXXXI, 4 in calamitosa illa Sicula expeditione perierant locupletissimus testis est Plutarchus Niciae vita c. 17. Iam vero Ovidii elegia in mortem Tibulli, Statii epitaphium Pileti Vrsi et similia carmina Franckio Callin. p. 126 sq. male *epicedia* vocari videntur revocanti ad Photium p. 987. Διαφέρει δὲ τοῦ ἐπικήδειον ὁ Θρῆνος, ὅτι τὸ μὲν ἐπικήδειον παρ' αὐτῷ τὸ κῆδος ἔτι τοῦ σώματος κειμένου λέγεται, ὁ δὲ Θρῆνος οὐ περιγράφεται χρόνῳ. Accedit Servius ad Virgil. eclog. 5, 14. „*Epicedion* est quod dicitur cadavere nondum sepulto, *epitaphion* autem post completam sepulturam dicitur.“ Sed hanc vocis ἐπικήδειον definitionem inclusam esse terminis iusto angustioribus Plutarchus ipse luce clarius ostendit, quippe qui l. c. disertis verbis prodiderit Euripidem μετὰ τὴν ἡτταν αὐτῶν καὶ τὸν ὀλεθρον (i. e. post nuntium cladis atque interitus Athenas perventum) scripsisse ἐπικήδειον, ita ut hoc ipsum ἐπικήδειον ne potuisset quidem dici παρ' αὐτῷ τὸ κῆδος ἔτι τοῦ σώματος κειμένου sive Servio interprete *cadavere nondum sepulto*. Idemque Plutarchus Pelopid. c. 1 τὸ ἐπικήδειον dixit ut idem denotaret quod ἐλεγεῖον, quod quidem distichum referendum esse ad ἐπίγραμμα ἐπιτάφιον demonstravimus in Specimine I p. 5 sq. Quae quum ita sint, altera exoritur quæstio, utrum Euripides epigramma an elegiam sepulcralem composuerit, unde Plutarchus excerpit distichum quo Syracusani octies ab Atheniensibus devicti memorantur (fragm. 1). Iam utroque Plutarchi loco inter se collato Euripidis distichum potuit quidem ex epigrammate repetitum esse, sed verba γράφων ἐπικήδειον ἐποίησεν ad carmen potius elegiacum idque amplioris quam epigrammati spatii spectare videntur. In Pelopidae loco Plutarchus addito articulo (τὸ ἐπικήδειον) unum illud distichum significavit quod ex epigrammate in Lacedæmonios laudavit: Niciæ autem loco sine articulo dicens γράφων ἐπικήδειον ἐποίησεν in universum denotat ποίημα ἐπικήδειον, carmen funebre vel sepulcrale, quod tamen distichis fuisse inclusum illud ipsum ostendit distichum a Plutarcho servatum.

Praeterea Euripides fabulæ quæ inscribitur Andromacha v. 103 sqq. inseruit Θρῆνον ἐξ ἐλεγείων (fragm. 2), quibus Hectoris uxor incomparabilis iam captiva miseram sortem flebiliter deplorat. Ipsa enim post Hectorem ab Achille occisum et Astyanactem filium ab Vlixe e turri deiectum in servitutem abducta Neoptolelum Achillis filium Phthiam sequuta est ex eoque pellex Molossum peperit. Quum autem ille postea Hermioneam uxorem duxisset neque tamen liberos ex ea suscepisset, hæc ipsa Andromacham incusavit, ὡς νὺν φαρμάκοις κεκρυμμένοις τιθην' (velut ipsa loquitur Andromacha apud Euripidem v. 32 sq.) ἄπαιδα καὶ πόσει μισονυμένην, αὐτὴ δὲ ναίεν οἶκον ἀντ' αὐτῆς θέλω τόνδ', εὐβαλοῦσα λέπτρα

*) Vide Clintonis fast. Hell. p. 31. 87 sq.

τάκείνης βίᾳ. Et quamvis Iovem ipsum obtestata sit Andromacha ὡς οὐχ ἐκοῦσα τῷδ' ἐκοινώθῃ λέχει, hoc tamen non persuasit Hermoniae, quae, dum maritus Delphos profectus est, insidias parat aemulae mulieri eamque occidere studet. Cui periculo ut evaderet Andromacha supplex in Thetidis templum confugit deæque simulacrum manibus amplexa flebilem illam ac miserabilem cecinit elegiam.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΣΑΛΑΜΙΝΙΟΥ ΕΛΕΓΕΙΩΝ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

1.

ΕΠΙΚΗΛΕΙΟΝ ΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΤΩΝ EN ΣΙΚΕΛΙΑΙ ΤΕΘΝΗΚΟΤΩΝ.

Plutarchi Nicias c. 17. Θαυμάζω δὲ τοῦ στρατηγοῦ [Νικίου] τὴν ἐπιμέλειαν καὶ τὴν τῶν στρατιωτῶν ἀνδραγαθίαν ἐν οἷς κατώφθουν. ὁ μὲν γὰρ ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ μετὰ τὴν ἡτταν αὐτῶν καὶ τὸν δλεθρον γράφων ἐπικήδειον ἐποίησεν.

Oīδε Συρακοσίους ὅπτῳ νίκας ἐκράτησαν

ἄνδρες, ὅτ’ ἦν τὰ Δεῶν ἐξ ἵσου ἀμφοτέροις.

οὐκ ὅπτῳ δὲ νίκας ἄλλα πλείονας ἀν τις εὗροι Συρακοσίους νευκημένους ὑπ' αὐτῶν πρὸν ἐν θεῶν τον ἡ τύχης ἀντίστασίν τινα γενέσθαι τοῖς Ἀθηναίοις ἐπὶ πλεῖστον αἰδομένοις δυνάμεως.

V. 1. Verbo monere sat est ὅπτῳ νίκας esse accusativum remotioris obiecti adverbii instar positum, quasi dixeris ὅπτάκις ἐκράτησαν, octies devicerunt.

V. 2. ἐξ ἶσον, separatim scripsimus vulg. ἔξισον. — ἀμφοτέροις, sc. Ἀθηναίοις καὶ Συρακοσίοις, i. e. quum dii nondum infesti essent Atheniensibus. Sic Nicias quoque in oratione Thucydidea VII, 77 milites suos consolatur hisce verbis: ίκανὰ γὰρ τοῖς τε πολεμίοις εὐτύχηται, καὶ εἴ τω θεῶν ἐπίφθονοι ἐστρατεύσαμεν, ἀποκλώντως ἥδη τετυμωρήμεθα.

2.

ΘΡΗΝΟΣ ΑΝΔΡΟΜΑΧΗΣ.

Euripidis Andromach. v. 103—116.

Τλίψ αἰπεινῷ Πάροις οὐ γάμον ἄλλα τιν ἄταν
ἡγάγετε εὐναίαν εἰς Σαλάμους Ἐλένων,
ας ἐνεκ̄, ὡς Τροία, δοοὶ καὶ πυρὶ δηιάλωτον
εἴλε σ̄ ὁ χιλιόνας Ἐλλάδος ὧντος Ἄοης
καὶ τὸν ἐμὸν μελέας πόσιν Ἐκτορα, τὸν περὶ τείχη
εἴλκυσε διρρεύων παῖς ἄλιας Θέτιδος.
αὐτὰ δ̄ ἐν Σαλάμων ἀγόμαν ἐπὶ δῆνα Σαλάσσας
δουλοσύναν στυγεράν ἀμριβαλοῦσα πάρα.
πολλὰ δὲ δάκρυνά μοι κατέβα χροός, ἀνιν̄ ἐλειστον
ἀστυ τε καὶ Σαλάμους καὶ πόσιν ἐν πονίαις.
ὡς μοι ἐγὼ μελέα, τί μ̄ ἐχοῦν ἔτι πέργος δρᾶσθαι
Ἐρμιόνας δούλαν; ἀς ὑπὸ τειρομένα
πρὸς τόδ’ ἄγαλμα θεᾶς ἴμετις περὶ χεῖρε βαλοῦσα
τάκομαι ὡς πετρία πιδακόεσσα λιβάς.

V. 4. ἀταν, quemadmodum **Helena** in Aeschyli Agam. 406 dicitur ἄγονσα ἀντίφερον
Τιλω φθοράν. 686. τὰν δορίγαμβρον ἀμφικειῆ θ' Ἐλέγαν.

V. 2. εὐναῖται, σύγκοτον. **SCHOL.**

V. 5. δηιάλωτον, ita cod. Paris. E. in editione Leningiana. Vulg. δὴ ἀλωτὸν **Paris.**
A. B. Flor. A. Hayn. δοράλωτον **Taur. Gu.** quod etiamsi metri gratia mutares in δονρά-
λωτον, tamen perperam se haberet h. l. propter vocabulum δορὶ proxime prægressum.

V. 4. χιλιόνας, τῷ ἀπηρτισμένῳ ἀριθμῷ ἔχοντας εἰσὶ γὰρ αἱ νῆσοι χιλιαὶ τοῦ. **SCHOL.**
Thucydides I, 10 prodidit numerum χιλίων καὶ διακοσίων νεῶν. Eustathius autem ex Homeri
navium catalogo Iliad. II, 494 sqq. laudat naves 1186. Alii alium numerum protulerunt.
— Ἑλλάδος — Ἀρης, ὁ Ἑλληνικὸς στρατός. **SCHOL.**

V. 5. Ἐκτορα, ἀπὸ κοινοῦ τὸ εἶλεν. καὶ ἔστι τὸ μὲν ἀντὶ τοῦ ἐπόρθησε, τὸ δὲ δεύτερον
ἀντὶ τοῦ ἀνεῖλεν. **SCHOL.** Similiter Iliad. XI, 528. ἐνδέξαντο δίφρον τε καὶ ἀνέρες δήμου
ἀριστώ. Nam φίλετην ad δίφρον relatum capere, occupare, ad ἀνέρες occidere est.— περὶ
τελείην εἴλευσε, velut Achilles in Virgilii Aen. I, 483. Ter circum Iliacos raptaverat
Hectora muros. Homerus tamen nusquam meminit Hectoris ter circa muros
Troiae raptati, sed Achilles Hectorem iam occisum atque e curru ligatum ad naves trahit
(Il. XXII, 396 sqq.) ibique

Ἐκτορα δὲ ἔλκεσθαι δησάσκετο δίφρον ὅπισθεν,
τρέψ δὲ ἐρύσας περὶ σῆμα Μενοπιάδαο θαυμόντος
αντὶς ἐνι κλισίῃ πανεύσκετο. — **Il. XXIII, 15** sqq.

Iam vero quum Heynius excurs. XVIII ad Aen. I Hectoris cadaver circa muros tractum
aut uni ex cyclicis aut ex tragicis deberi suspicatus sit, immemor fuisse videtur Euripidis,
qui fortasse ipse ex cyclicis fontibus sua hausit.

V. 6. διφρείων, πρὸς τῷ δίφρῳ δεσμήσας. **SCHOL.** Eandem rem Homerus expressit.
Il. XXII, 398. ἐκ δίφρου δὲ ἐδησε.

V. 7. αὐτὰ, hanc scripturam, cuius vice codd. Gu. Taur. exhibent αὐτὴν, retinuimus
propter Doricas formas in hac elegia constanter observatas: quare extremo quoque versu
cum codd. Paris. B. et Hayn. scripsimus θαλάσσας pro vulg. θαλάσσης. — ἀγόμα, cuius
loco quod suppeditant codd. Paris. B. Flor. 10. 15. Hayn. ἄγομαι oscitantiae librariorum
tribendum sive temere confundentium N et I sive rudium Doricæ formæ ἀγόμαται eamque
invito sensu mutantium.

V. 8. ἀμφιβαλοῦσα κάρα, Leningius nescio an invito animo edidit κάρα, i. e. κάρα,
quanquam duplex accusativus, qualem suppeditant editiones veteres cum A. Matthia, nihil
in se habet offensionis. Explica: βαλοῦσα δονλούσναν ἀμφὶ κάρα, velut Iliad. XXIII, 588.
ἀμφὶ δὲ μην φάρος καλὸν βάλον ἦδε γιτῶντα.

V. 9. χροός, ὄφθαλμῶν. **SCHOL.**

V. 12. Cod. Taur. ἡς idemque cum Paris. A. Gu. ὑποτειρομένα uno tenore. Flor. 10.
ἀποτειρομένα. Flor. A. αἵς ἀποτειρομένα.

V. 13. Flor. A. παρὰ χεῖρα λαβοῦσα. Sed χεῖρα etiam Paris. B. Flor. 10. 15. χεῖρε
λαβοῦσα Par. A. χεῖρε βαλοῦσα Par. E.

V. 14. τάχομαι ἀντὶ τοῦ κατ' ὄλιγον λείβομαι, ὡς ἐκ πέτρας ἐκπηδῶσα σταγάρ, ὡς λιβᾶς
πηγὴν ἐργαζομένη. τὸ δὲ ἔξῆς λείβομαι, ὡς λιβᾶς τις πιδακόσσα, ἦν πετρίην εἶπε διὰ τὸ ἐκ πετρῶν
ἀραβλέψειν. **SCHOL.**

ANTIMACHVS COLOPHONIVS sive **CLARIVS**, Hyparchi filius ¹⁾, quanquam quo tempore natus et defunctus sit accuratius definiri non potest, gravissimo tamen auctore Apollodoro Atheniensi chronicographo floruit sub extremum bellum Peloponnesiacum ²⁾ circa Olympiadem LXXXVIII, cui quidem tempori convenit etiam quod Plato iam iuvenis Antimachi poemata admiratus esse narratur ³⁾: nam Cicerone auctore Brut. 51 Antimachus Clarius poeta, quem convocatis auditoribus legeret eis magnum illud quod novistis volumen suum et eum legentem omnes praeter Platonem reliquissent, *Legam* inquit, *nihil minus: Plato enim mihi unus instar est omnium millium.*

Hic poeta praeter Thebaïdem, ad quam Cicero respexit, epicum carmen, elegias quoque composuit, quas in unum quoddam corpus redactas idque duobus saltem ⁴⁾ vel tribus ⁵⁾ vel pluribus fortasse libris distributum Lydae uxori defunctae ⁶⁾ dedicavit eiusque nomen in poematis fronte collocavit. Hoc autem carmen, qnod plerumque ad amatorium elegiarum genus refertur (et nobismet ipsis contigit ut praepostero iudicio decepti huic opinioni aliquamdiu indulgeremus), lugubris fuisse argumenti luce clarius demonstrat Plutarchus libro qui inscribitur consolatio ad Apollonium c. 9. Εχούσατο δὲ τῇ τοιαύτῃ ἀγωγῇ καὶ Ἀντίμαχος ὁ ποιητής ἀποθανόντης γὰρ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Λύδης ⁷⁾), πρὸς ἦν φιλοστόρως εἶχε, παραμύθιον τῆς λύπης αὐτῷ ἐποίησε τὴν ἐλεγείαν τὴν καλουμένην ΛΥΔΗΝ, ἔξαιριθμησάμενος τὰς ἡρωικὰς συμφροδάς, τοῖς ἀλλοτρίοις κακοῖς ἐλάττῳ τὴν ἑαυτοῦ ποιῶν λύπην. HABES igitur elegiam sive (ne illud vocabulum urgeamus, quod instar poematis collectivam in se habere vim inferius docebimus) elegiarum anthologiam quandam uxori iam defunctæ inscriptam, ita ut totius carminis summa flebilis eademque consolatoria fuisse videatur, quemadmodum Archilochus quoque et Simonides dolorem sapientiae praeceptis temperare atque levare studebant. Huic interpretationi eximie favent Hermesianactis disticha (fragm. 5, 41 sqq.) ex palmaria Hermanni emendatione ita legenda:

1) Suida teste voce *Ἀντίμαχος*.

2) Diodor. XIII, 108. καθ' ὃν χρόνον [sc. μικρὸν τῆς εἰρήνης ὕστερον, quum obiit Darius] καὶ *Ἀντίμαχος τὸν ποιητὴν Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖς φησιν ἥρθηκέναι*. cf. Schellenberg. ad Antimachi reliquias p. 8 sq. Clinton's fast. Hell. p. 91 ed. Krüger.

3) Plutarch. Lysand. c. 18. Πλάτων δὲ νέος ὡν τότε καὶ θαυμάζων τὸν Ἀντίμαχον ἐπὶ τῇ ποιητικῇ κ. τ. λ.

4) Stephanus Byz. p. 169 ed. Dindorf, laudat *Ἀντίμαχον* ἐν β' Λύδῃ. cf. fragm. 1.

5) Photii Lex. p. 344. ed. Porson. ex I. H. Vossii ad hymn. Cer. p. 150 emendatione: *Ἀντίμαχος* ἐν τῇ Λύδῃ γ'. cf. fragm. 2.

6) Plutarchi consolat. ad Apollon. c. 9. ἀποθανόντης τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Λύδης, πρὸς ἦν φιλοστόρως εἶχεν. Vnde luce clarius evincitur Plutarchum ipsum Lydam pro Antimachi uxore, non pro amica habuisse. Quam ob caussam improbanda Schellenbergii sententia p. 14 prolata: „Attamen si matrimonio iuncti fuissent, vix existimem adeo nobilem amorem eorum factum, neque Hermesianax in carmine saepe allato de coniugali caritate loquitur, neque de hoc accipi Athenaei (XIII p. 596 F.) locus potest cett.“ — Huic opinioni adversa fronte oppugnat ipse ille Athenaeus, qui Antimachi Lydae simpliciter dictae opposuerit τὴν ὄμώνυμον ταῦτης ἑταῖραν Λύδην, ἦν ἡγάπα *Λευμάνθιος* ὁ Μιλήσιος.

7) *Λύδη* scribendum παροξυτόνως, quo nomen mulieris distinguatur a gentili *Λυδή*, quod ὀξυτονεῖται. cf. Valckenar. ad Euripidis Phoeniss. p 607. Jacobs. ad Anth. Pal. p. 465.

Αύδης δ' Ἀντιμαχος Λυσήδος ἐκ μὲν ἔρωτος
πληγεὶς Πακτωλοῦ ὁὲντ' ἐπέβη ποταμοῦ,
Σαρδιανὴν δὲ θαυμόσαν ὑπὸ ξηρὴν θέτο γαῖαν,
Τιμῶλιον αὖτον δ' ἡλθεν ἀποπολιτῶν
ἀρην ἐς Κολοφῶνα, γών δ' ἐνεπλήσατο βίβλους
ἰεράς, ἐπ ταῦτος πανσάμενος καμάτον.

Dicit autem poeta Antimachum Lydae amore incensum in Lydiam esse profectum, deinde uxore defuncta et sepulta Colophonem se recepisse ibique lugubria carmina condidisse quibus animi dolorem quadammodo restinguaret: verba γών δ' ἐνεπλήσατο βίβλους ιεράς luculentissime declarant Antimachi libris qui Lydae inscripti erant querimoniam fuisse inclusam, ita ut ab hoc flebili sono summum elegiarum argumentum repetendum esse videatur. Sed cum specie quadam veritatis huic sententiae opponere quis possit Athenaeum XIII, 70. p. 597 A. ἐκάτερος γάρ τούτων τῶν ποιητῶν [Ἀντιμαχος καὶ Λαμίνθιος], ὡς φησι Κλέαρχος ἐν τοῖς ἔρωτικοῖς, τῆς βαρβάρου Λύδης εἰς ἐπιθυμίαν καταστὰς ἐποίησεν ὁ μὲν ἐν ἐλεγείοις, ὁ δ' ἐν μέλει τῷ καλούμενον ποίημα ΛΥΔΗΝ. Quae verba, si Hermesianactis et Plutarchi desiceret testimonium, plane demonstrarent Lydae argumentum in primis fuisse amatorium, quemadmodum Nannonis Mynnerniana. Iam vero carmina quibus poeta immaturam uxor mortem deploravit profecto non potuerunt conscribi, quin dulcissimi quoque qualis fuisse traditur atque intimi amoris flores innecterentur lugubrium elegiarum corona: immo ipsum doloris solatium fert ut memineris etiam amoris ac suavitatis omniumque virtutum quibus eminuerit uxor adhuc superstes.

Sic facile perspicitur cur in eodem poemate, cuius summa versatur in flebili ac funebri argumento, ἔρωτικὰ quoque tractaverit Antimachus. Eodemque modo explicabis locum Ovidii Trist. I, 6, 1 sqq.

Nec tantum Clario Lyde dilecta poetæ
nec tantum Coo Battis amata suo est,
pectoribus quantum tu nostris, uxor, inhæres,
digna minus misero, non meliore viro.

Quid? Amor quem uxori etiam extinctae habuit poeta nonne dignissimus fuit qui præ ceteris exemplar proponeretur atque in proverbii consuetudinem veniret, id quod appetet etiam ex Asclepiadis epigrammate in Brunckii Analectis I p. 219.

ΑΤΛΗ καὶ γέρος εἴμι καὶ οὐρανοῦ, τῶν δ' ἀπὸ Κόδρου
σεμοτέρην πασῶν εἴμι δὲ Ἀντιμαχος.
τις γάρ ἔμ' οὐκ ἤνεσ; τις οὐν ἀνελέξατο Λύδην,
τὸ ξυνὸν Μονῶν γράμμα καὶ Ἀντιμάχον.

Accedit Posidippi epigramma ibid. II p. 48.

Ναυρόντις καὶ Λύδης ἐπέκει δύο, καὶ φιλεράστον
Μιμνέμον καὶ τοῦ σώφρονος Ἀντιμάχον.

Σώφρων appellatur Antimachus haud dubie ob triste idemque castum elegiarum argumentum, ille quidem Mimnermo oppositus φιλεράστῳ⁸⁾), cui sine amore

8) Recepimus enim Welckeri ad Theognid. p. 100 emendationem pro vulg. φιλεράστον. cf. Jacobs. ad Anth. Graec. II, 1 p. 142. sq.

iocisque nil est iucundum. Itaque amplectenda est ea quam supra proposuimus sententia, τὸ νεφάλαιον τῆς Λύδης θρηνωδές.

Neque amorem tantum lugubri elegiae inseruit Antimachus sed mythos quoque antiquissimos eosque longiores atque uberrimos, ἐξαριθμησάμενος, ut Plutarchus ait, τὰς ἡρωικὰς συμφοράς, ita ut Agatharchides Cnidius, qui Ptolemaeo Physcone et Lathuro regibus (inde ab Olympiade CLVIII usque ad CLXVIII) floruisse dicitur, Lydam in epitomen redigeret quo facilior prodiret conspectus rerum in primis mythicarum in ipso carmine descriptarum⁹). Atque huic relationi respondent fragmenta ipsa, quae quidem ostendunt Antimachum in Lyda paullo uberior exponuisse fabulas Argonauticas¹⁰) (fragm. 7—8), calamitates Bellerophontis (fragm. 18), fortasse etiam Triopae migrationes (fragm. 1), raptum Proserpinae (fragm. 2. 3), misera Oedipodis fata (fragm. 4). Quae praeterea supersunt fragmenta, ex iis unum spectat ad Solis poculum (fragm. 5), reliqua duo (fragm. 6. 7) ad quamnam fabulam referenda sint in medio relinquuntur.

Iam Plutarchus, quum dixerit τὴν ἐλεγίαν τὴν καλομένην Λύδην, non potuit intelligere Lydam continuis distichis in unam elegiam redactam, propterea quod Stephanus Byzantius Antimachum laudavit ἐν β' Λύδης, Photius ex Vossii emendatione ἐν τῇ Λύδῃ γ'. Vnde hoc certissime colligitur, Lydam ex duobus saltem aut tribus libris constitisse iisque vel uno distichorum tenore fluentibus vel in peculiares elegias sive εἰδύλλια divisis, quem elegiarum formam prae se ferunt Tibullus, Propertius, Ovidius, Graecorum, ut videtur, exemplar sequuti. Et sicut Callimachus in Bekkeri Anecdota Graec. II p. 725. 728. rhapsodias Homericas complexus est singulari numero Ομήρειον γράμμα, ita idem in scholiis ad Dionysii Perieg. p. 316 ed. Bernh. eodem vocabulo usus est ad Antimachi Lydam designandam: ὅτι δὲ διαβέβληται τὸ παχὺ σαφῶς ὁ Καλλίμαχος ἐν τοῖς ἐπιγράμμασι δηλοῦ διασύρων γὰρ Ἀντιμάχου τὸ ποίημα τὴν Λύδην ἔφη.

Λύδη καὶ παχὺ γράμμα καὶ οὐ τορόν¹¹). —

Idemque vocabulum, ut supra vidimus, eodem sensu adhibuit etiam Asclepiades, quemadmodum Athenaeus et scholiasta Dionysii dixerunt ποίημα. Neque Agatharchides summarium Lydae instituisse censendus est, nisi hoc poema iustum elegiae modum excessisset. Iam quum Antimachus Thebaide Athenis recitata Platonis potissimum admirationem excitasset, philosophus reliquorum quoque carminum desiderio captus Heraclidem Ponticum adhortatus est ut Colophonem profectus Antimachi poemata colligeret ipso Heraclide auctore in Procli commentar. ad Platonis Tim. I p. 28. Ἡσαλείδης γοῦν ὁ Ποντικός φησιν ὅτι τῶν Χοιρίου τότε εὑδοκιμούντων Πλάτων τὰ Ἀντιμάχου προύτιμησεν καὶ αὐτὸν ἐπεισε

⁹) Photii bibl. p. 171 ed. Bekker. αὐτὸν [Ἀγαθαρχίδην] φασὶ — συντάξαι ἐπιτομὴν τῆς Ἀντιμάχου Λύδης.

¹⁰) Has tractaverant etiam Mimnermus fragm. 10 et Pindarus Pyth. 4.

¹¹) Ex cod. MS. bibl. reg. primus edidit Ruhnkenius in auctuario fragm. Callimach. T. I p. 574 sq. alibi corruptus legitur versiculos: αὐδῆσαι παχὺ γρ. κ. τ. λ. ubi ΑΥΔΗΣΑΙ ortum ex ΑΥΔΗΚΑΙ prono calami lapsu.

τὸν Ἡρακλείδην εἰς Κολοφῶνα ἐλθόντα τὰ ποιήματα συλλέξαι τοῦ ἀνδρός. Ήæc autem ποιήματα, quum Thebaïs iam nota esset Platoni, non possunt nisi de elegiacis et aliis fortasse Antimachi carminibus intelligi.

Denique Callimachi iudicium, Lydam pingue carmen neque satis elaboratum esse dicentis, non sine ira et studio quodam prolatum esse videtur, quandoquidem secus senserat Plato, divinus paene philosophus atque subtilis poetarum iudex et exagitator; nam Proclus loco supra allato haec insuper addidit verba: μάτην οὐν φληγαφοῦσι Καλλίμαχος καὶ Λούρις ὡς Πλάτωνος οὐκ ὅντος ικανοῦ κρίνειν ποιητάς. Callimachus igitur non modo suam de Antimachi Lyda sententiam iusto iniquiorem pronuntiasse sed faustum etiam Platonis iudicium reprehendisse putandus est. Attamen nobis standum est potius ad partes philosophi ingeniosissimi quam ad poetae grammatici, qui suis tantum legibus praeceptisque minus liberalibus artem poeticam quasi devinxisse videtur. Quanquam ex tenuibus quae supersunt Lydae vestigiis id procul dubio efficitur Antimachi poesis elegiacae habitum atque formam mirum quantum differre ab antiquissima eius simplicitate ac venustate: quod tamen in aliis quoque poesis generibus tunc temporis præcipue excultis atque in ipsis Callimachi carminibus reprehendum. Quare pedibus eundum in A. F. Naekii sententiam ad Choerilum p. 73 propositam: „Quod ad elegiam attinet, non dubito quin quam vim Thebaïs Antimachi in epicam poesin eandem fere Lyde in elegiam exercuerit. Ille primus antiquam elegiae simplicitatem a Callino, Mimnermo, Tyrtaeo præscriptam temerasse præclaro exemplo, dispositionem artificiosiorem, sed eandem molestiorē, doctrinae quum in rebus tum in dictione ostentationem intulisse in hoc poeseos genus videtur. Quod quidem cum Lyda omnibus condicionibus comparari posset elegiacum carmen fortasse nullum exstitit, si forte Hermesianactis Leontium exceperis: ac non maximo in honore fuisse apud Alexandrinos mirum illud Antimachi carmen, certe apud Callimachum non fuisse, ostendit quod commemoravi Callimachi fragmentum CCCXL. Nihilominus certum est illas quas Antimachi Lydae adscripti virtutes sive malis vitia in Callimachi et Philetae elegia passim, ne dicam perpetuo, occurrisse. Et profecto præ aliis poeseos generibus elegia hoc habet, ut variis formis hoc aevo apud hunc poetam docta, apud illum simplex placeat.“ cf. H. Vlrici hist. poes. Graec. II p. 581 sqq.

ANTIMAXΟΥ ΚΟΛΟΦΩΝΙΟΥ ΕΛΕΓΕΙΩΝ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ. ΛΥΔΗ.

1.

Stephanus Byz. p. 169 ed. Dindorf. Λώτιον — καὶ Λωτιάς, ὡς Τιαὶς τοῦ Διεύς — καὶ ANTIMAXΟΣ ἐν β' Λύδης.

Φεύγοντας γαῆς ἔπτοδι Λωτιάδος.

Quae ab Antimacho vocatur γαῖα Λωτιάς, quum alibi tum apud Strabonem VIII p. 442 est Λώτιον πεδίον, cuius in Thessalia situm accuratius describit his verbis: τοῦτο δ'

εστὶ πλησίον τῆς Περγάμιας καὶ τῆς Ὀσσης καὶ εἴ της Βοιβήτιδος λίμνης ἐν μέσῃ μὲν πως τῇ Θετταλίᾳ. Ex fragmento ipso quemnam elicere liceat sensum difficillimum est demonstratum. Fortasse ad φεύγοντας referendi sunt ii qui una cum Triopae Helii filio Cnidum Asiae minoris oppidum fugisse perhibentur, quemadmodum narrat Diodorus V, 61. μετὰ δὲ ταῦτα Τριόπαν — εἰς τὴν Θετταλίαν πλεῦσαι εἴπι συμμαχίαν τοῖς Δενδαλίων παισὶ καὶ μερίσουσθαι τὸ καλούμενον Λάσιον πεδίον ἐνταῦθα δὲ τὸ τέμενος τῆς Λίμνητος ἐκκόψαντα τῇ μὲν ὕλῃ παταριζόμενον πρός βασιλεών πατασκευήν δί τὴν αὐταῖς ὑπὸ τῶν ἔγγων μισθέντα φυγεῖν ἐν Θετταλίᾳ καὶ παταπλεῦσαι μετὰ τῶν συμπλευσάρτων λαῶν εἰς τὴν Κριθαίρην, ἐν ᾧ πτίσαι τὸ καλούμενον ἀπ' αὐτοῦ Τριόπιον. De Triopio Doriensium v. Herodot. I, 144. O. Mülleri Dor. I p. 400. Argumentum fabulae variatur a Callimacho hymn. Cer. 25 sqq. cf. Boeckh. ad schol. Pindari p. 314 sq.

2.

Photii Lex. p. 344. ed. Porson. Ὁργεῶνες, οἱ τοῖς ιδίᾳ ἀφιδρυμένοις θεοῖς δογιάζοντες. δογιάζειν δέ εστι τὰ τῶν θεῶν δογια τελεῖν, τουτέστι μυστήρια καὶ νόμιμα. — Σέλευκος δὲ ἐν τῷ υπομνήματι τῶν Σόλωνος ἀξόνων δογεῶνάς φησι παλεῖσθαι τοὺς συνόδους ἔχοντας περὶ τινας ἥρωας ἡ θεούς. ἦδε δὲ μεταφέροντες καὶ τοὺς ιερέας οὕτως καλοῦσιν ὁ γ' οὖν **ANTIMAXΟΣ** ἐν τῇ Λύδῃ γ'.

Ἐνθα Καβάρονος Σίκεν ἀγαλλέας δογεῖνας.

I. H. Vossius ad Homeri hymn. Cer. p. 150 scripturam codicis Galeani ἐν τῇ Λυδῇ Γερεσὶ emendavit ἐν Λύδῃ γ'. ἐνθα κ. τ. λ. cuius loco Blomfieldius proposuerat ἐν τῇ Λύδῃ ἐλεγεῖται Καβάρονος μὲν ἔθηκεν κ. τ. λ. Articulo tamen quem Vossius temere omisit ex libris restituto ἐν τῇ Λύδῃ γ' dictum est velut fragm. 1. ἐν β' Λύδης, in Lydae poematis libro tertio. Suidas T. III p. 708. et Harpocration v. Οργεῶνες pro adiectivo ἀγαλλέας exhibit ἀγαλλέας, quod in Photii cod. Gal superscriptum est germanae scripturae ab H Stephano Thes Graec. ling. T. II p. 1432 iam revocatae. Inter cod. Gal. δογιώνες et Suidae δογεῶνας in medio posita est vera scriptura δογεῶνας a Porsono edita. — Totius versus subiectum statuendum est Λιμήτης, ita ut sensus sit: Ceres Cabarnos fecit inclitos sacerdotes. Welckerus Aeschyl. trilog. p. 221 haud improbabiliter vocabula κάβαρος et κάβαρος ad eandem radicem reduxit, quanquam parum recte percepit Antimachi versum. Κάβαροι autem dicti sunt Cereris in Paro insula sacerdotes interpretē Hesychio v. Κάβαροι οἱ τῆς Λιμήτης ιερεῖς. Et Parum quidem nuncuparunt etiam Κάβαρον, me quidem arbitro Cereris maxime cultum respicientes in ea insula et celebratissimum et vetustissimum: sic Homeri hymn. Cer. 494. Λιμήτης describitur ἔχοντας καὶ Πάρον ἀμφιούντην. Iam quum Stephanus Byz. v. Πάρος meminerit Καβάρον τοῦ μηνόσαρτος τὴν ἀστραγήν τῇ Λιμήτῃ τῆς θυνταρός, Blomfieldius magna veri specie Antimachi versum rettulit ad raptum Proserpinæ.

3.

Strabo VIII, 5, 3. p. 364. Ἔνοι δὲ κατὰ ἀποκοπὴν δέχονται τὴν Μεσσήνην [sc. Μέσσην]. παραδείγμασι δὲ χρῶνται τοῦ μὲν ποιητοῦ τῷ κοὶ καὶ δῶ καὶ μάψ. — παρ' Ἐμπεδοκλεῖ δὲ μία γίνεται ἀμφοτέρων ὄψ, ἡ δψις, καὶ παρ' **ANTIMΑΧΩΙ**

— Λιμήτος τοι Ἐλενσινής ιερὴ ὄψ.
καὶ τὸ ἀλφιτον ἀλφιτον. —

Quanquam Antimachi nomini non additur ἐν τῇ Λύδῃ, huc tamen illud quoque frustum referendum esse videtur propter eiusdem Cereris cultum in praecedentibus fragmentis memoratum. — De antepenultima syllaba adiectivi Ἐλενσινής correpta vid. Boeckh. super Sophoclis Antigona p. 102. De formis apocopatis cf. ad Philetae fragm. 18.

Schol. ad Euripidis Phoeniss. 44. Ότι δὲ Πολύβῳ ἔδωκε [Οἰδίπονς] τοὺς
ἴππους καὶ ΑΝΤΙΜΑΧΟΣ φησιν ἐν Λύδῃ.

Εἶπε δέ τωνήσας Πόλυβε, θρεπτήσαι τούςδε
ἴππους τοι δώσω δυξμενέων εἵλάσας.

Apud Euripedem l. c. Iocasta: παῖς, inquit, πατέρα κατεῖ καὶ λαβὼν ὄχηματα Πολύβῳ
τροφεῖ δέδωσιν. Hinc intelligitur Antimachi distichum spectare ad nefustum illud facinus
quo perpetrato Oedipus Laii patris interempti bigas Polybo educatorι θρεπτήσαι porrexisse
narratur. Quae quidem res viam patefecit qua progredientibus argumentum totius fabulae
ab Antimacho huic loco insertae divinare licet. Nimirum poeta ut aliorum heroum ho-
minumque, ita Oedipodis quoque flebilia vereque tragica fata Lydae suae inclusisse vi-
detur, quibus decantandis solatium sibi conciliare studeret. Iam vero quam commodae
fuerint huic rei Oedipodis calamitates facile intelliget quicunque praeciarum illam Sopho-
clis expositionem scenicam (Oedip. Tyr. 795 sqq) accuratius perlustraverit, cf. schol. ad
Euripid. Phoeniss. 1760.

ἐν Λύδῃ recte legitur in ed. Iuntina, ἐν λίθῳ in Basil. unde Barnesius intempestivam
fecit coniecturam ἐν Θίβῃ, quod accepit pro ἐν Θηβαΐδι. Ipsum vero metrum iam prodit
ineptam illam fuisse coniecturam, propterea quod in Thebaide epico carmine nullus om-
nino est locus distichorum. Idem tamen Barnesius extremo hexametro librorum scriptu-
ram τάδε metro adversari rectissime perspexit ideoque ipse proposuit ταῦτα probantibus
Schellenbergio et Matthia: sed quum vox θρεπτήσαι accusativus praedicati sit, ἕππους autem
accusativus obiecti, aequum iustumque est ut pronomen δεκτικὸν ad ἕππους referatur. Ecce
sensus: hosce equos tibi dabo ut sint θρεπτήσαι.

Athenaeus XI, 33. p. 469 E. F. Ότι δὲ καὶ ὁ Ἡλιος ἐπὶ ποτηρίου διεκομί-
ζετο ἐπὶ τὴν δύσιν, Σστησίχοδος μὲν οὐτως φησιν — ΑΝΤΙΜΑΧΟΣ δ' οὐτωσὶ^{λέγει}.

— τότε δὴ εὔχοει ἐν δέπται
Ἡλιον πόμπενεν ἀγαλματική Ἔρυθεια.

Schellenbergius hoc fragmentum temere ad Thebaïdem rettulit, id quod ne obscure
quidem indicavit Athenaeus: immo metricae et palaeographicae rationes luce clarius pa-
tifaciunt priorem versum, licet ἀκίδαλον, olim fuisse pentametrum. Iam praeter Lydam
nullum est quod hodie saltem novimus Antimachi carmen elegiacum. —

V. 1. εὔχοει, hanc librorum scripturam Schellenbergius Casaubono auctore perpe-
ram mutavit in χρυσείῳ. Schweigaeuserus autem parum probabile esse iudicavit ex no-
tissimo vocabulo χρυσείῳ factum rarius illud εὔχοει, quod explicat εὔχοιστω, commodo. Porro Schellenbergius etiam maiorem levitatis notam meruit quod eiusdem Casauboni ve-
stigia pressit extremo versu temere coniicientis εἰνι δεπάστρω, quanquam veterum editionum
scripturae ἐν δέπται suffragatur etiam cod. B. ἐνδέπται. Blomfieldius in diario class. VII p.
237 proposuit τότε δὴ μὲν εὔχοιο ἐν δέπται σρε Ήλιον κ. τ. λ. vel etiam δὴ τότε εὔχοιο κ. τ. λ.
utrumque sine iusta ratione. Iacobs, ad Anth. Graec. III, 3 p. 845 et in append. ad Por-
sonis advers. p. 320 τότε δ' εὔχοντος δέπται ὡ —

V. 2. πόμπενεν, hanc Iacobsii coniecturam facile probabis comparata scriptura qua-

εν

lis est πόμπεν cum lectione cod. A. πομπεῖ B. πόμπει P. πέμπει. — De Solis poculo v. ad Mimnermi fragm. 9. ad Critiam p. 131. — ἀγαλυμένη, i. q. ἀγαλυτή, incluta, ἀπαξ εἰσημένον. Έρνθεια eadem est fere quae apud Mimn. 9, 8. χῶρον Ἐσπερίδων, ita tamen ut Έρνθεια partem tantum denotet regionis occidentalis; ex Hesiodi enim Theog. 983. ἀμφιψήντω εἰν Έρνθείῃ insulam esse intelliges.

6.

Etymolog. M. p. 375, 40. Ἔρκτωρ, ὁ πρωτικός. **ANTIMAXΟΣ**

— τῶν μεγάλων ἔρκτορες εἰσὶ κακῶν.

Pentameter ἀκέφαλος ex Lyda, ut videtur, depromptus. Cod. Batav. οἱ τῶν μεγ. unde Valckenarius ad Euripidis Phoeniss. p. 607 integrum versum reposuit huncce:
οἵσσοι τῶν μεγάλων ἔρκτορες εἰσὶ κακῶν.

7.

Schol. ad Apollon. Rhod. I, 1008. Αύπτοντες τὰς κεφαλάς, ἀντὶ τοῦ δύνοντες τὰς κεφαλάς. — Αύπτειν δέ ἐστι τὸ δύνειν, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ. δύπται δὲ ἐξ ἀλὸς ἐρχόμενοι. πρότερος δὲ **ANTIMAXΟΣ**

Ηὗτε τις κανήξ δύπτη εἰς ἀλμυρὸν ὕδωρ.

Schellenbergius satis probabiliter coniecit hoc fragmentum ad Lydam pertinuisse, quod unum hoc carmen semper ad partes vocasset Apollonii scholiasta, non Thebaïdem aut alia. — Quoniam versus qualis vulgabatur ηὗτε τις κανήξ δύνη εἰς ἀλμυρὸν πελαγος procedit metro hand dubie invito, divinum F. A. Wolfi ingenium eum sanavit hoc pacto: ηὗτε τις κανήξ δύπτων εἰς ἀλμυρὸν ὕδωρ. Quae medicina quam salutaris fuerit huic ulceri misere illato cognoscitur ex scriptura codicis Paris. ηὗτε κανήξ δύπτει εἰς ἀλμυρὸν ὕδωρ, quo duce talem hunc locum restituimus qualem supra repraesentavimus. Rutgersius var. lectt. II, 20 coniecit ηὗτε τις κ. δύπτησσιν εἰς ἀλ. οἴδμα. Sed quum posterior syllaba verbi δύπτη in arsi posita sit, hiatus nihil offensionis suppeditat. ηὗτε, i. q. ὡς ὅτε. cf. Buttmanni Lex. II p. 227 sqq qui tamen corrigendus p. 229 duce Spitznero ad Iliad. III, 277. κανήξ denotat avem quandam voracem. cf. Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. p. 312.

8.

